 mēto est equalis non diuersus fortis & cito ad
 magnitudinē velocitatē ac frequentiam perue
 niēs. & in Bordonis: semp remanet equalis.
 vel raro accidit opposituz. vel saltem est mino
 ris diuersitate. Equitas inuestiois paroxysmo: ū
 est de signis non pure. & anticipatio siue post
 positio pure. Et nota hoc signum. Vigilie si
 tis et ebullitio percepta apud epur. et. reliqua

quāvis aueris dicat
 ipsam posse cōtingere
 he c. ad pncipiu

ego credo nisi filoz
 quod iam vidi colera
 nō puenire fuerit
 egitendū sine
 febrile

pncipiu pura in pncipio
 od. mōi calit
 vnde Gal. in pmento
 allegato affoxismi inquit
 Tantū facit tertiana
 interpolata in vno paroxysmo
 quantū tertiana cōtinua
 aut caufon in vno die. sed
 hec remiatur. in septē
 diebus cum sit peracuta. ergo
 & illa in septē paroxysmis.

signa supra posita in de signis demonstratiuis
 in precedenti rubrica sunt intensiora q̄ in terti-
 ana non pura. verum lenitas capitis in hac est
 maior vnde Gal. 9.º terapeuticè de siti loquens
 dixit. q̄ aliquando tantam patiunt̄ estuationē
 vt vix loqui possint: z se nudos volūt in recen-
 ti aqua submittere. Aduenit vt dictum est hec
 pura in vere z estate cōplexione colerica: z in
 iuuentute. ī viris plus. in vteute regimine cali-
 do. z sic de aliis vt de canis eius dictū est. Itē
 cum omnibus his audacius significatur q̄ndo
 eo tempore febres tertiane pure multiplicari
 iueniunt̄. ¶ Positis signis sic percisis. restat
 ponere signa propria p̄ que differt vna ab alia.
 Et primū signum est q̄ tertiaua pura durat 8
 q̄tuor horis usque ad. xij. vel parū plus id est
 vsq̄ ad. xiiij. Naz sic se videt exponere Auic.
 q̄ta p̄mi de cognitione temporū morbi. dicit.
 Tertiane pure paroxisim⁹ durat usq̄ ad. xiiij.
 horaa. Et Serapio. q̄ndo periodus ē magnus
 z purus est. xij. horarū: z quies. xxxvj. Et hic
 scito q̄ omnes auctores cōueniūt in spacio ho-
 rarū. xij. a parte post. a parte ante vero ponit
 Auic. spaciū q̄tuor horarū. Et hic intellige
 q̄ q̄tuor sunt spacia que cōiter inueniunt̄ in ter-
 tiana pura. Primū est. iij. horarū. sc̄m. vij.
 tertiu. xij. quartū. xiiij. Auic. Et est s̄m plimū
 perueniēs z medius. q̄tuor vero horarū est
 minor sc̄m plurimū. xiiij. vero maior imo ma-
 ximus. imo cum ab eo recedit non dicitur am-
 plius pura. xij. vero ē terminus ex longis sine
 ex maioribus: ad quem sc̄m plurimū venit:
 sine sit q̄no cōsumitur. Et horū terminorū cā-
 male assignari pōt: sed stamus testimonio auc-
 torū: qui per experientia hos terminos iuene-
 runt. verum attribui nature humoris vt cito cō-
 sumetur: q̄ accidit propter sue substantie subti-
 litate aptam esse resolutioni. vnde etiam quāti-
 tas eius facit ad longitudinē z breuitatē paro-
 xismi. Et ideo dico q̄ non incoenit ipsam p̄-
 licari vltra. xiiij. horas propter multitudinem
 eius z cōbilitatē virtutis z densitatez corporis
 patiens. que oīa faciūt ad prolixitatē. vt pone-
 sor. z pla. tertianarios in quibus peccet colera
 equalis q̄ntitatis. in forte forti rare texture ter-
 miatura in horis. xiiij. z fac argumentū. adin-
 nant aut ad eius plixitatez cause extrinsec. ut
 flatus aeris frigidis p̄hibētis eius resolutionē
 z buisimōi. ¶ Secūdu signū q̄ eius calitas
 cito venit ad statum z nō tardat: q̄ materia ē
 opta cito inflamari. z ideo dixit Auic. z calefit
 in ea corpus velociter. z vides caliditatez proce-
 dere ex corpore: z extreitates adhuc frigidās.
 q̄ citius sentit̄ eius calitas in corpore z sup̄fi-

cie eius q̄z ad extremitates veniat. z hoc est vt
 supra satis efficac signum z hic sic declaratur.
 ¶ Tertiu q̄ si in pura datur aqua: tunc senti-
 tur vapor humidus deinde ut velit sudare: et
 quādoq̄ sudat. z hoc itellige quando datur in
 sine angumēti vel in statu. q̄ tunc viis apertis
 aqua penetrat: z calefit z coleram digerit: z sic
 preparat eaz ad expulsiōnē. vnde ad eūsm mo-
 ta z expulsa cessat zc. ¶ Quartū sumptū ab
 vrina. z licet de eo satis dictū sit: tamen de eo
 tantum oīcaf. q̄ in colericis corporib⁹ a parat
 ignea. in frigida vero cū cōtingit eos terriānā
 pati aparet citriua. ¶ Quintū q̄ in sepiē pe-
 riodis terminat̄. q̄ intellige sc̄m plurimū vt
 supra. z de his terminis dicitur p̄portionalit̄ vt
 de horis. Sed hic nota q̄ paroxisimū pure ad-
 dit in fortitudine cōiter usq̄ ad quartū: qui est
 status v̄tis. z hoc quādo febris durat. vij. peri-
 odis. Q̄d si statū ante cōpenderis: quod ma-
 xime cognosce ex sequēti porisimo. tunc scies
 eius terminationē. ¶ Sextū q̄ pura dimittit
 egrū libere absq̄ sensata lassitudine: aut aliquo
 tali nocumēto. In nō pura s̄o semper aīcedit
 vel post vel in medio aliquid percipit̄ quo gra-
 ua corpus. Differt aut colera hec pura a co-
 lera que fit ex trāsmutatiōe sanguinis in eam.
 qm̄ accidētia sunt mitiora in ea que est ex san-
 guine: cum sapiat naturā eius. vnde caliditas
 ad tactum mittit̄ vaporosior zc. Unde ex his
 colligendo fortiora duo ab auctorib⁹ ponūtur
 scilicet rigor veniēs vt dictum est. z sudor exu-
 berās in fine. Et ideo dixit Auic. Cum vides
 principiu eū rigore sc̄m quod determinauim⁹
 z statum cū sudore exuberātē. tunc nō dubites
 quā sit pura. Postremo scito q̄ accidētia hec
 etiā varianf̄ secundū varietatē loci ipsius cole-
 re: z ideo locū eius per signa ipsa itelligabis.
 vt si mā fuerit circa os stomachi erit dolor fron-
 tis fortior. sius intērior. siccitas lingue. oris aspe-
 ritas. amaritudo. vomitus. z vrina remissior: i-
 colore. s̄ raro accidit quod colera pura ibi pu-
 trefiat. Quod si fuerit ī intestinis: dolor perci-
 piet̄ in eis. egestio erit colicissima. accidet̄ tin-
 xus ventris. dolor frontis. z cetera remissiora
 erunt. Quod si fuerit iuxta cpar vel in chisti
 fellis: erit vrina multum colorata cum spuma
 terrea. Quod si cpar patietur: erit spissa: et es-
 lor est acutus per totum. Quod si fuerit in re-
 nis: tunc in principio paroxisimi sentiet̄ in
 eorum loco oolorem. Nam semper concomi-
 tatur locum passionis. et quanto erit propin-
 quior epari aut vijs eius: tanto vrina erit co-
 loracior. Quod si fuerit iuxta spiritualia: sitis
 s̄dest maxima q̄ potū aq̄ frigide non sedat. z est

In p̄p̄uato
 sed raro accidit quod
 colera pura ibi putre-
 fiat
 In p̄p̄uato
 In p̄p̄uato
 cum spuma terrea
 erit spissa

Et idem dicit quod non inueniunt
 ipsum p̄p̄uato colera xij
 horas propter multitudinem
 eius //

quod si fuerit in renib⁹ tunc
 in p̄p̄uato paroxisimū seu
 ciet̄ in eoz loco oolorem //

(sed) in hoc confidero
si bene //
(confuetudine)

cum calore pectoris ampliori. et ita de aliis lo-
cis pariformiter. **PROPHETICA.** Cita
vel tarda apparentia nubis in vrina: vt supra
arguit citam aut tardam eius terminationem.
nam si aparet in primo die: nō pertransit tertiam
periodum. sed hoc raro euenit: sed in illa p̄ma
die erit augmentū. considera. Q̄d si aparet in
secundo non pertransit quartū. Q̄d si aparebit
in tertio tunc eradicator in quinto vel sexto.
Q̄d si vrina fuerit uehemēter citrina et nō apa-
ruerit in p̄mo periodo nubes neq; natās neq;
pendens: tunc ipsa plongetur vsq; ad septi-
mū. De terminatione aut eius s̄m horas et dies
sue per todos dictum est. Iga cum vides fortis-
simū paroxysmū ille ē status. In principio par-
ticulari cōsuevit venire vomitus. in fine sudor
hec venit cum uehemētia accicētum ut supra
de eis: sed nō sunt periculosa. et ideo nō nume-
ratur inter acutas egritudines ut supra de acu-
tis. Item ex dictis habitum est q̄ s̄m plurimū
quartus paroxysmus ē status. et ideo si p̄tingat
te esse vocatum in ipso: bene cōsideres ne in fa-
mia cōsequaris. quoniā si dabis sy. aut facies
floiam: et tunc superueniāt accidētia status for-
tiora prioribus: et tu de eis non fueris p̄nosti-
catus. dicent q; syrupus aut floia aut clistere
aut aliq̄ quodcūq; tale q̄d administraueris fue-
rit causa illorum. et ideo non ē negligenda pro-
noscitatio. **CANONES.** Autēq; ad eas
curandā venias. scio p̄mo q̄ eius cura a cura
tertiane nō pure et continue nō differt nisi s̄m
intentum et remissum: et s̄m maiorē et minorē
observationē. ita q̄ antidota quasi eadez admi-
nistrari videntur in cura vniuscuiusq; earum.
Secundo q̄ pura ipsa est ceteris saluor ac faci-
lior cure: quia breuior p̄mo. Secundo quia in
ea plus saluatur virtus: quoniā minori tēpore
molestat: et plurius est quietis. Tertio et causa
his omnibus fortior. quia que cōueniunt febrī
cōueniunt et cause et accidētibus cōsequētibus
eam. Scito tamē q; si in eius cura cadit error
aut ex parte medici. vbi ḡsa vantis calida vbi
debet administrare frigida: tunc cōverti pote-
rit in aliam febrem. et erit in ea habēdus timor
qui habere in febre in cuius sp̄m conuertet.
Similiter in malum accidens: in in frenesi. ex
vsu calidorū. Cōsimiliter dicatur si error acci-
dat ex parte infirmī non observantis debitū
regimen ex parte cibi et potus et aliorum. Et di-
xit viaticus q̄ aliqui reperit tertiana pura cuius
mā habet furiositatē. et hec ē timidior aliis. nā
vt dicit colera rubea ex motu suo non patitur
peccare in firmi: nec errare medicū. vnde ma-
xime cauende sunt res calide. Et s̄ bene dixit

Haec ad Blaneonē. si diligentissime mox a prin-
cipio cōgruis medicamentis non obseruetur:
euidens in ea periculū sit. nec facile postea qui-
buslibet remediis cōstrictor. **Et** veniendo
ad pticulares. sit primus in ordine: ut supra or-
dinatio diete que in oībus sex rebus nō nālib?
ad frigidū et humidū declinare debet ex parte
acris et ceterorū. Nam de refrigerādo acrem
supra de acutis et pestiferis: et tu tibi. nec obliui
scaris q; primo debet eū corrigere. et ibi habes
copiose dictū. Ex parte autē cibi et potus que
exhibere debes supra 3^o cap^o de dietis: et tu ibi
vbi posita sunt que cōferunt in discrasia calida
et secca. Verum circa talia nota hos canones.
Primus q̄ a rebus inflamabili⁹ abstinentiū:
et in quibus est acumen et punctio. vnde p̄pter
hoc multi euitat carnes et que ex carnibus cō-
fecta sunt. sed in hoc cōsidera virtutem consue-
tudinē: et ipsas si oportet alteres. Cōsimiliter
prohibet vinum: de ipso et potu statim. Item ē
die accessionis nō des cibum aut potus in ter-
mino paroxysmi p̄p̄inquo: sed ante ipsam per-
spacium. v. horarū ad minus. et sit alteratiuus
liquidus: nō multē quātitatis leuis et cito dige-
stiois. Et tu pro ipso canone et aliis recurre ad
ea que scripta sunt supra de canōibus generali-
bus in cura putridarum. Et hic aduerte q; ci-
bario in tertiana ē duplex. vna que ē humecta-
tio substantiā per quam reponitur deperditū
Et in hoc casu cōueniunt calida nō multum et
humida. vt testiculi gallozum. vitella ouozum.
extremities pullozum vel auium paruarū et
huiusmodi multum nutriētia. et hec conueni-
unt in fine: vt Auic. l. in declinatione vniuer-
sali. Et ista vari debent in die interpolationis.
Alia est cibatio in qua est intētio in frigidari-
di et humectandi simul: ut dicebatur. vt cum
chist ordei. lactucis et huiusmodi. Et ista cibatio
dari debet in die accessionis: et etiam maxime
in statu vniuersali. Unde aduerte q; propter
consuetudinē et hominū ingluuiem sic cano-
nes obseruare ad vnguem non possumus. Et
ideo eos cibos aliera ut videbitur: quando sci-
licet dari oportebit etiam in die accessionis.
Et videtur in hac intentione Auicēna lauda-
re melonē indum. inquit. **Abclou** vero indus
est res maximī iunamenti: et cum hoc q̄d ipse
soluit prouocat et frangit uehementiam calo-
ris: et facit sudare. Et subdit q; fortasse non no-
cet parum id est multum propter aptitudinē
conuersionis eius ad putredinem. et hoc dixit
vt medicum attentus reddat. q; si viderit eum
aptū putrire: aut timuerit p̄pter dispositionē
patētis: vel q; nulla p̄cessu m̄dificatio. tunc

Quia quoniam tertia pura est de
febris multae inflammatione
nis (cuius solutio est
multa) extensa / ideo fecerunt sunt fructus / nec

causat ab eius datione. Quod si illa non timuerit
det ipsius propter iuuantia dicta eius. vel aliter
non nocet ei parum. s. sumptum. quia eius pauca
quantitas non poterit multum nocere et multa face
re iuuameta. s. de his supra in eandem gnationibus
putridarum. et tu ibi. Et quia tertia pura est
de febris multa inflammatione. et eius putredo
est multum extensa. ideo fecerunt dantur fructus
in ea. De potu autem dicat primo quod aqua or
dei est potus convenientissimus: et maxime plurime
de coctione usque ad ereparaturam inclusine. verum
si in stomacho patiens acciosat aut cibus in eo
non venit: sed simplex aqua eodem administrat.
Item non datur vinum purum sed aqua permix
tum plurima admixtione. unde Avicenna. vinum cum
fractum per admixtionem confert quantitatis resi
dendi eius in resolnendo illud eius necessaria est
resolutio. et succurrit aque penetranti eius forti
tudine sua. i. eius fortis qualitate sua. s. frigiditate
in frigidando: quam facit penetrare vinum ex for
tis specifica sua et admixtione eius quod est in ipso
de calefactione pauca que est ex vino. Et nota
quia dicit pauca. quia exponit quidam ut aequa
ad vinum sit proportio quadrupla. sed hoc opus
moderare medicum: quia neque in omnibus aut
hominibus aut vino hoc observari potest propter
potentiam vini variam et hominum consuetudinem etc.
Et hoc videtur magis convenire post principium
unde Galenus ad Galienum. vinum antequam digeratur
egritudo omnino prohibenda. incipiente autem
digeri tenue et aquosum et modicum in primis
dare. hic autem oportet attendere virtutem consue
tudinem etc. Quidam consentientibus eodem
omnibus in exhibitione aque frigide: de quibus
supra de cura putridarum in generali dant aquam
frigidam in magna quantitate. deinde coperiunt
infirmum: et expectant ex illo crissim completam
in eius tertiane pure eradicatione. Et iam meo
tempore hoc fecit medicus quidam in civitate
mea et successit. Et est hic modus cure in parti
bus orientio multum ac multum observatus.
et de hoc supra allegato nomine deo: et tu ibi. verum
hunc modo cure videtur adversari Avicenna. quia
scilicet non semper fieri debet: inquit. Et non
ultimes in frigidationem multum: et proprie in
principio: nisi inuenias inflammationem vehemen
tem: aut timeas conversionem eius ad cansoni
dem et continuam. Nam in principio ex multa
infrigidatione inrudatur materia et prolonga
tur morbus: et extinguatur calor. Verum ipsa
ente digesta: stante vehementia caloris securus
dari poterit. Sed pro his omnibus recurrere ad
canonea generales supra de cura putridarum
in generali. Postremo adverte ad dietam re

spectu temporum vniuersalium: ut supra de ac
tis. et tu ibi. Quod si status erit propinquus: sub
liorem dabis quam si remotus fuerit. In declina
tione autem grossior convenit et humectans sub
stantia ut dictum est: et magis quam qualitates:
et tu considera. De motu et quiete dicendum
quod quies convenit et tranquillitas. et frigiditas
ante cibum. Vult ergo motum et eo moderate
utatur tempore quietis febris. Convenit som
nus aliquantulum plus solito: et maxime in co
lerico. non se repleat: omni die habeat ventris
lenitionem et beneficium natura aut arte. ut di
cetur statim. Evitet coytum et animi accedentia
que cum sunt apta inflamare: ut ira furor et hu
iusmodi. sit enim letus ac animo tranquillus.
Secundus est ventris lenicio. unde Avicenna
Et tu non auscultes sermonem. quia Rasis. x.
almanforis. qui concedit in principio solutiva
fortia. ut scainoneam mirabolanos et huiusmo
di. nisi per illud quod diximus id est nisi coacte.
Ideo cum timueris furiositate materie ex par
te aut quantitatis eius aut qualitates: quia du
bitaretur de transitu eius in cansonidem. aut re
merces futurum apostema: ut in cerebro frene
sim et huiusmodi. imo oportet ut properes in
primis et lenica lenitate quadam cum eis que
diximus scilicet supra de cura putridarum in ge
nerali. et tu ibi. cum manna scilicet et cassia tama
rindis prunis. syrupo viol. succo granatorum
Et tu compositiones sibi habeat. et tu tuo modo
componit. Quod si per os dare poteris hoc leni
tium melius scilicet in his qui apte cum recipi
unt. Quod si non recurrere ad clisteria lenitiva po
sita allegato loco: ubi habes copiam lenitiorum
simplicium et compositorum. Cum ergo ad in
firmum venis: sollicita ventris lenitionem. vi
de Avicenna. Rectum est namque ut in potu datur
sicut sorbicio ordei: neque ei simile. neque cibi nisi
natura iam sit lenificata. Hanc autem lenifica
tionem cum adfuerit necessitas slobotomia ne
tardetur fac cum clisteri: ut supra allegato lo
co. Quod si non administrabis potionem. in tri
bus tantis casibus competit slobotomia in ter
tiana pura. Primus quando talis est in iuene
pleetorico sanguineo. Secundus quando
comprehenditur quod colera est sanguini admixta
ut dictum de canonibus vniuersalibus febris
putride: in qua timetur ebullitio sanguinis: et
conversio eius in coleram. Tertius quando
comprehenditur inflammatio magna in sanguine
ipso: et timetur conversio eius ad coleram. Et hic
nota quod si floia sit et non competat: periculum est ne
interpolata veniat in continua. quam per floias evacu
atis venis: materie ad extra trahunt ad intra.

conuenit somnus
aliquantulum plus
solito et maxime
in colerico

ut quod fecerunt dubi
tibus / q. posse casu
q. phly. debet fieri in
tertia pura / si pot
fieri aut ebullitio
fuerit per firmitatem
Est et et erit quod po
tribus casibus competit phly
aut firmitatem /

Item q̄ ipsa humores subtiliat: & ipsos in motu ponit: ut q̄ra p̄mi de ea. Ideo timēdo ex ea inflammationē maiorē: non presumptuose sed magna cum cōsideratione fieri debet. propter ea in febribus magne inflammationis prohibet. ideo bene cōsidera ante q̄ ad cam faciendāz venias. Sed queres si contingat me vocari post tres paroxismos & viderim floiam adhuc competerē: debeo cam ne facere. Dicendum q̄ sic licet directius in principio magis competerat. stat tamē q̄ in processu possit magis cōpetere vt posito q̄ in processu colera cōmisceatur sanguini que in principio nō erat cōmixta. Et quia lenicio ventris aspiciat mās cōmunes. ideo sub ipsa p̄p̄ndamus vomitū. vnde si videris materiā redundare aliquo mō ad superiora: intro ducas vomitū leuiter factum. vnde Bordonus? In omni febre interpolata cōpetit vomitus in principio paroxismi. quoniam per ipsum allucitur totus paroxismus: sp̄aliter si fuerit spontaneus: vel a medico sacriter p̄uocatus. nāz per ipsum sic euacuat materia antecedens si mīnora est in stomacho aut in ā apta in antecedentē transferre. Et ideo euz hortat Auic. de cura quartane ut infra. Et certe utile est q̄ in principio rigoris prouocet moderate tamē: sicut cum prouocet sudor in declinatione. Et videmus ad experientiam q̄ si sic prouocet post cōsumationē paroxismi. infirmus minus se granatum inuenit: ut testatur Gal. in p̄mō ilius. vbi etiq̄ continue rigores fiunt. Et si dicat Auic. Et oportet ut non moucas in die paroxismi aliq̄ nisi propter necessitatē. cōc̄ lo a fortiori in hora paroxismi. Dicendū q̄ intelligitur motu forti agitatōis. ut cum forti pharmaco aut quolibet aliter: p̄ que humores agitentur. Et ideo etiam dictum est moderate tamē & leuiter factum. ¶ Tertius canon ē digestio. et hic canō regulariter debet precedere quartū sequentes qui est euacuatio. Dico regulariter: quoniam coacte mā ente furiosa: quartus debet precedere tertium. Cum quibus aut digerantur colera ipsa pura: habes simplicia & cōposita supra 4^o cap. lo. & tu ibi: et cōpone intensiora aut remissiora & gustui gratiora: ut exigit dispositio ac patiens ipse. vnde ut sepe dictū est op̄z de nouo omni die cōponere. Et hic scito q̄ digerētia hec māam respiciunt & pure dicit: & maxime acetosa. vnde q̄ plures nō recedunt ab acetoso simplici ac oxizael: era & huiusmōi acetosis. & nō laudant sy. vel iulēp violariū ut Silbertus. Item scito ut supra i precedēt cap. lo: q̄ sicut mā variatur ex parte sue substātie. ita op̄z digestiua variare. vi vbi ḡra: q̄ mā erit in principio subtilis: acetosuz simpli-

cem. deinde ingrossabit euacuato subtili dabit oximel simplex: & ita de aliis. ¶ Quartus est euacuatio. Cui q̄bus etiam euacuet habes allegato loco. S; hie nota q̄ ut potes cuita scamo ueam etiā multū refractam. sed utere mirabolē reubarbaro cassia aloē & huiusmōi mistionibus. nam ipsa p̄pter sui caliditatē & similia etiā propter venenositatē vitanda ē: ut Ruerois 3^o col liget. Et nō moucas eū medicinis attractiuis: sicut ē scamonea. Secūdo q̄ fiat in die quictis causa p̄z. Tertio q̄ exhibitis digestiuis quoz vel sex diebus si cōprendis signa digōnis manifeste ex vrina sed imie eius: etiam futurā crifim ex motu materiei ad superiora p̄ vomitum aut fluxum sanguinis narium: aut per inferiora q̄ per seccum aut per fluxum vrine: aut per viam sudoris. tunc si cōplete operaberis dimitte exhibere solutiuū. nec cum aliquo mō adiuuantes. Qd si diminutam cōprendes crifim ad inna naturā per viam suāz. q̄ si natura in hoc tēpore non se mouit da solutiuū ex positis 4^o cap. lo. s; m q̄ exigit dispositio & patiens conditio. vidimus cū plures tales tertianas sudor solo terminari. Itē varia solutia p̄portioabilr vt de digit. uis dictuz ē. quoniam varia cōtinue substātia ex parte grossici substātia litans. vñ in processu cōpetit fortius: cōsidera. & dare poteris cum aqua frigida timēdo inflammationēz. sed regulariter ē ea dare cum aqua calida. Qd qdam exponit in aqua frigida potētia: s; actu calida. Tertio sollicita ad v̄eris subductionēz cū cūstribus iterim. Sub hoc aut canone cōprendant euēnes sacre per p̄uocationē vrine & sudoris. de q̄bus multa dicta sunt supra d̄ canonibus v̄nucrisalibz febrim putridarū. & tu oīno ibi. vnde facta euēne tali admissibz semina cōtia frigida maiora: q̄ scilicet carni emulsionē cum aqua ordei & huiusmōi. Et similiter prouoca sudores cū aqua ordei calida valde ut tolerare pōt euz pauco vini rinosi. hec aut euacuatiōes cōplent euacuare remanētes reliq̄as ex prima euēne. Sy. saneti ambrosij faciens sudare mirabiliter & sitim extinguit. s; mlij ex cocticati quantitates cōuenientē: & fac cum decoqui usq; ad eius aperturā. deinde recipe. s; v. vel circa eius brodiū cū hūctis. & infunde vini albi odoriferi. s; ij. & sic calidū da patienti. & bere cum deinde coperias. sudabit mirabilr. curabat sic mediolancenses: & adhuc eo v̄munt. ¶ Quintus est in frigidatio que fit per admi nistrata intus & extra. Et ad intra dari debent in frigidantia scdm mensuram & gradum caloris febrilis. vnde cōuer m̄ Anetosis sufficiat aq̄ ordei cum iulēp etiam violariū. eo ut dicit quia

post confirmacionem
paroxismi infir-
mus minus se gra-
uatur subuenit //

colera est ut ualis nō mīte inflammationis. Sz
 hic nota q̄ aī quando ut dicit haly. Tanta est
 inflāmatiō. q̄ oportet priuo attendere ifrigi
 dationē q̄ euacuationē. z hoc cura coacta. Et iō
 dicebat Auicē. Et non ultīmes in infridatiōe
 .i. in principio. nisi inuenias inflāmatiōem. vt
 supra in p̄ canone inueniūt at post paroxisimū
 detur sy. acetosus simplex. aqua ordei et hui⁹
 modi. Itē sy. acetosus cū aqua simplici cocta.
 Itē aqua ipsa cū uiuo granatorū z hui⁹mōdi
 vt de extinctiōis actum supra de febre pestilen
 tiali z de acutis. z tu fabrica. De aqua frā vero
 dīcendū q̄ nō est sic tutū apud nos cam admi
 nistrare. sz in partibus orientis tutius dari o
 bet. z de ipsius exhibitōe copiose satis supra i
 canonibus generalib⁹. z tu ibi. Hunc etiam ca
 nonē cōpleūt ea que cōpleūt tertū. Itē admi
 nistrentur confectiones frē z hu⁹. de quibus o
 pestilentia. Ad extra at valēt episthimata epati
 facta applicataq; stomacho. vacuo super ipsū mo
 ram conuenientem trahentia vt ex sanda l' aqua
 ros. endi. z hui⁹. pecia. linea in eis infusa. z pro
 his supra de febre pestilētiā. Auicē. at pōit pe
 des i aq̄ frā ad alteradū sū remonēdū residuū
 caloris sz non ē in usu tamē bonū ē. Quidā
 exponit in aqua frā potentia sed acru cal'a. 6^a
 est correctio accidētūz pro complemento hui⁹
 recurre ad ea que de correctiōe accidētū oī
 eta sunt de cura acutarum. Dicitur q̄. zj. radīc
 gētiāne bibita cum uino ante paroxisimum tol
 lit illum. Similiter succus ypericon. emplm
 factam ex fulgine salc apio aqua tico super ro
 las manuum z plātas pedū posittm ante acces
 sionem per tres horas. tollit illā ista sunt magis
 ēperica quib⁹ nō gaudeo. Sz qz a Nicolo iue
 ni apōsit. Postremo nota q̄ pro oībus que di
 eta sunt ad eorum cōplemētū recurre ad c^m de
 canonibus gñalibus supra. Et ideo bene dixit
 Auicē in prin^o de cura ciuis. Opz vt rememores
 illud quod dixim⁹ tibi de radicibus in curatiōe
 febrim de solutione ventris. z de cibo. z in oī
 buo capitulis. z fabrica z super illud cōsidera.
 Simplicia tā dicta i cap^o de sanguincis z ha
 būdāciū supra 4^o c^o z ea que dicuntur de pesti
 lentia sunt in h^o caū conuenientissima z tu ibi.
 Ex quibus componez z aquas fac sublimatas.
 ex compositis ibi babes vsualia. Sed ex mḡra
 libus. B. florum boraginis buglosse ros. ru. an
 M. s. violarū latuce papaueris albi endi. scari
 ole an. M. j. semūz endiuie latuce an. s. s. se
 minom quatuor frōzū an. j. vj. decoquantur de
 qua decoctōe. Recipe. lib. j. zuccari. s. iij. aceti.
 s. ij. uui granatorum. s. j. fiat sy. Qd si volue
 ris facere longū dabis de co. s. iij. loco digesti

ni. Si breuis fuerit siue debite coctus da. s. ij
 cum aqua endiuie. s. iij. vel Recipe. siru. acetosi
 simpl. s. j. oxizach. s. s. aque endiuie. s. ii. acer.
 s. i. et sic de alijs Solutiua etiā hēs al' his locis
 sz hic Recipe cassie extracte cum aqua endiuie
 absinthii. s. i. vel diapūnia nicolai. s. i. rcuba
 electi. s. ii. spice vel squināti gra. v. misce. Olea
 ynguenta cerotaria confectiones z alia talia re
 quire allegatis locis. vtrum diarodon abatis
 est hoc casū conuenientissimum. de quo dabo
 indifferēter omni hora euz aqua ordei. Ex her
 bis z simplicibus pōit fabrica aquas sublima
 tas de quibus aliquādo dabis loco sy. nam op
 portet te variare sepe medicinal non variando
 intentionem z maxime quando egritudo est.
 longa: ne ex multa affluēctiōe nimis tantaz
 natura non patiat. Et in hoc cap^o nota Auicē.
 quia videtur laudare scamoneā in solutino ex
 hibendo quando. i. co indigemus. z tamen fu
 it orizentalis. ergo multo minus timere debem⁹
 eā nos qui lu^o occidentales. z minus septētrio
 les. et ideo electuarium de succo ros. nicolai. et
 mebe cum aliquo lenitino exhibitum. vt cū cas
 sia z mana tamarindis z uui⁹. est conuenient
 medicina. z tu considera. z ex expertis in cura
 hui⁹ est succus conigiole tepidus bibitus an
 te paroxisimum per horā dox. s. v. prohibet enī
 paroxisimum in ea euenire. idē operator succus
 vne acerbe si nouem mane sic bibatur. idem su
 cus cicoree. z tu bec confice cum zuccaro vel in
 lep aliquo. vel hos succos cū aq̄ suis fac iulep
 zare z oā hoc enī verū est: q̄ si dantur. s. iiii
 uui granatorum niuozum vel acetosorum cū
 s. ii. aque endiuie per ovas horas ante accessio
 nem paroxisimi q̄ ipsuz tollit aut minuit: z ma
 xime si contiatur aliquibus diebus. Tu tamen
 in hoc considera stomachi dispositionē. et oā dei
 de sequenti oīe euacuationum ex pillulis z alijs
 vt materia retēta euacuetur. z sui expertus et
 successit. **CASUS** Quia frequenter m
 t' tertianariū beneficio nature curantor propt
 quod cōtingit multo aut prebiteros aut ideo
 tas credere se illoa curasse cum nebullis ostiis
 amigdalīs tribua: in quibus quedam conscri
 bunt verba z signacula. Itō cum facilis sit cura
 sic de ea leniter pertransiūt. remittens te pro
 siti z aliorum talium acci^m ad capitulum de ra
 dicibus vt supra vbi z casū inuenies tibi optie
 seruientem in cura hac et ideo ad cum cap^o m
 omnino te transferas z ad capitulum de acutis
 quia pro magna parte regimen videtur idem.
 Et hic scito q̄ z si Auicēna de balneo aque dul
 cis faciat mentionem. tamen quia non est i usu
 apud nos. nec ē ita tutū administrare. nisi post

vide quid dicit de
 diosido abas in
 facia sua p̄

ergo

Et ideo electuarium de
 succo rosary

qz frequenter

R

evacuaciones digestiones z hufosmō in quib⁹
cadit etiam exceptio. adeo de ipso nihil.

**De Tertiana non pura que a multis
nota nuncupatur.**

Am ex precedēti robzica mans-
festa sunt nomina ipsa. Co-
lera pura. non pura nota. famosa ac
mioris fame. vitellia prassina ac cru-
ginosa: z sic de alij⁹ vnde iuxta illa
scito. Qd̄ omnis tertiana que est a colera alia
apura dicitur tertiana non pura. sed dicitur no-
ta sine famosa que est a colera vitellina v' citri-
na eo qd̄ ista ē tertiana que quasi semper reperit-
tur ac hoibus venit maxime i partibus nostris
naz rarissime venit tertiana pura. quia raro ac-
cidit corrupto in humore vno solo. p⁹ regimē
acutorum comēto. xx. Item propter iordinatū
hominum regimē multum flegma i corporibus
multiplicatur. qd̄ colere cōmixtuz vitellina cat
sive citrinam z ab his cōmuniter tertiana can-
satur. Sit z tertiana non pura a colera que i se
adustione recipit. sicqz ad naturā z convertitur
in licaz z ingrossatur z a natura pure colere re-
cedit. vt i precedēti rubrica. Ingrossatur z per
admixturem mlie ad extra ipsa colere adueniē-
tis. vnde hec duo membra coleram eant mino-
ris fame. vt in precedēti rubrica. z ab ista raro
accidit tertiana: quia ipsa etiam rarissime con-
singit propter qd̄ dicta est minoris fame. Et ca-
sui rarituentus ē quia in corpore nō iamū mlt-
tiplicatur de mlie: vt d̄ flegmate. Secūdo quia
non ita bene commiscetur. in ista cum colera sic
f la cū ipsa z Autē. d̄ ipsa ac cura ei⁹ non fecit c^m
S^m mō ē vidēdū si ex flegmate adueniente cole-
re ex cuius aduētū cansatur vitellina sū humoz
vnis vere qz per formā vna. Quia iquit Autē
Et sit non pura cum putredine colere grosse
substantie propter comixtionem colere cū fleg-
mate aliqua comixtione vmitē. et in d̄it z hanc
fecit materia vna. Rur̄ pronunc. Quod ad vna
formam venit colera in vigore vincēte oato qd̄
in massa subdominetur. Sed quid dicenduz si
bi humores mouentur ad putredinem equalitē
dominantibus salnatis suis formis vt quaz fe-
bre facerēt quomodo periodicaret an de tertio
in tertium. an omni die locua est speculationis
que non prosequor. considera. Febris tertiana
non pura dicta nota sine famosa est febris inter-
polata z vt plurimum longa a colera non pura
z putrescente proueniens: cuius est egrum de
tertio in tertium affligere secundam naturam
ipsius humoris vincētis propriam. Dicitur no-

no rarissime venit
faciunt zura

qz raro accidit corrupto
in humore vno
solo

ta vt dictum est hic z in precedēti rubrica. dicitur
interpolata: vt in precedēti rubrica. z hic vt
supra de sinoca. Attende qd̄ sicut non inconue-
nit materiam que est extra venas: facere conti-
nuam. ita non inconuenit que est ad intra facta
interpolatam. et ideo in descriptione non addi-
tur vt aliqui de materia extra venas. considera.
Dicitur vt plurimum longa. quoniam vt supra
nono capitulo. viscositas grossities faciunt ad
prolongationem egritudinis. vnde Auicenna
loquens de non pura per comixtionem fleg-
matis grossi inquit. Et hec quidē nō pura quā-
doque prolongatur tēpore longo z circiter me-
dicitatem anni. vnde vidē aliqua durare quatu-
or mensibus maxime tempore autumnū. Et ego
habui vnam q̄ durauit p̄cise centō diebus. z
vt plurimum durat vsqz ad 4.0. vel. 6p. oica. z
accidit hec diuersitas ex parte substantie mate-
rie virtutis habitudis corporis z huiusmodi.
Quod si arguitur ergo proluxior quam flegma-
tica pura cōcedatur. Et si arguitur colera dige-
rit flegma siue partem grossam z viscosam. z e-
conuerso pars frigida z humida digerit colerā
ergo propter hec inuicem debet terminari.
Dicendum qd̄ flegma adueniens colerā
ipsam infrigidat z hometat. sed ratione hui⁹
non digerit eam digestionē que est preparatio
ad expulsionem cum reodit ipsam grossam et
viscosam. Similitē colera z si cafaciat z flegma
subtiliat. tamen totum redditur virtuti magis
disproportionataz. vnde virtua minus teretur
ex occurfu soli⁹ flegmatis aut soli⁹ colere quo-
niam vt inqz tale non est ita virtutis horridum
z disproportionatum sicut hoc aggregatum. Itē
calor calore non videtur inuare sed impedire
nāz cū ipsa eōd̄ vtaē. idigerēdo sic vti⁹ calore
nāli idigerēdo sū peccat nāz calor colerā sic po-
trefacte nā magia i pedit quā iunat z tu hec cō-
sidera quia locus est longe ac magne speculatio-
nis. dicitur putrescente quia a non putrescēte
fieri nō contingit. Cetera vero vt in descriptō-
ne pure z tu ibi. De casis eius pz qd̄ dicēdū ex
habitū i prin⁹ rubrā p⁹ vbi sūt posite primitiē
z antecedētes febrium colericarum. vnde mul-
tiplicantia coleram z flegma. z in humoribus
grossitiam aut per admixtionem aut per adu-
stionē sunt causa primitiua. Talia autem sunt
calida z sicca vehementer z frigida z humidā
vehementia. de quibus habes plene supra. 3^o
caplo de dietis. z tu ibi. **CSJBNA** demō-
stratiua eius que est a colera vitellina: seruan-
do ordinē ut supra. **CA** substantialiter inbe-
rētibus. Nam in principio solē euentua calidi-
tas nō percipitur ita mordax. sed magis mitis

q̄z in pura. **A**b exentibus. Urina in hac est subtilis siue tenuis: & maxime in principio propter opilationem aliquando grossa propter grossiciē materiei cum ea expulsi & maxime cū sp̄parent digōnis signa. & erit cū rubedine in flammata declinante ad albedinem propter flegma comixtum vel ad citrinitatem vel sub citrinitatem. Declinans erit cum mediocritate subē. que diuersitas contingit propter diuersitatem comixtionis flegmatis cum colera. & tardatur in ea apparere oigestionis signa. Auic. Egōes autem viscoſe grosse cum citrinitate v̄l subcitrinitate & quanto v̄rina erit magis citrina tanto erit minus citrine ad sub albedinē declinantes Vomitus est notus ex colera que vitellis ouorum silatur. Que vt ysaac q̄suto. febrim magis reperitur i stomacho licet eius generatio sit plurimi i epate Auic. Item si accidit sudor nō est copiosus vt in pura imo aliquando non accidit propter materię grossiciem Quod si accidit sudor post ipsum non remanet mundus vt in pura. & hoc q̄a materia grossa ad b̄c detinet̄.

A quali. Facies non ē ita citrina vt in putate mutata. **P**ra. nec ita extenuā siue extimata propter remissionem caloris eius non ita resolu. **A**b actione lesa. **I**nitium a rigore ientis **A** hac non ē rigor ita fortis accipiendo rigorem & motu concussiuo. sed est bene ptus durans. hec est extensue maior. sed intēsiue minor: quāz in pura. Item est cum pauca horripilatione. & punctura propter grossiciē humoris & remissionem acuitatis eius. sed frigus est bene maius & extensiuus quam in pura. Et quādoque contingit. Quod in principio aduentus eius nō accidit rigor. sed typus quidam vt profundatio pulsus & eius iequatitas cum quadā leui percepta frigiditate & hoc quādo materia est grossa & tarde ac ocubiler moneatur v̄nō sic vt supra de rigore non accidet rigor neque horripilatio. & quandoque neque frigus. & hoc ego pluries vidi. ocinde post veniente augmento caliditas tarde expanditur & lente: & nō v̄niformiter vt i tertiana pura propter materiei difformitatem. immo cum aliquando mora est caliditas ad extra repescit ocinde propter nouā materiam moram suffocantem & sic in eius expansione accidit diuersitas & sic augmentum est in quale. Item accidentia in hac sunt remissiora quam in pura. vt sitis vigilie dolor capitis & huiusmodi oc quibus in b̄ pura excepta gravitate capitis que est maior & in hac propter grossiciē & gravitatem materiei maiorem quam in pura. Item sicut est in pura paroxisimozū antecessio siue additio secundū ordinem vt supra propter

v̄niformitatem materiei. ita propter eius difformitatem in hac accidit inequalitas antecessio nis & additionis. v̄nde aliquando anticipat paroxisimus & aliquando postponit & non scēdū ordinem. Et paroxisimus prolongatur multuz super horam ouodecimā. & secundum maiores aut minorem prolongationem eius a terio pure. dicitur magis aut minus pura. ita quod ipuritas pro parte habet attendi penes elongationem eius a pura dicitur pro parte quia etiam penes aliud vt dictum est nam nō inconuenit imaginari aliquam impuram in .x. horis terminari. & tu considera. Pulsus est in hac inequalis & diuersus & minus velox & frequens v̄nō est sistoles in eo maior oyastole cuius cōtrariū est in pura. neque est ita magnus. De terminacione eius dicatur. primo quo ad ipsam totam Quō terminus cōmunis ē oies quadragesim⁹ vsque ad sexagesimum & maximus est sex mensum contingit tamen ipsum terminari posse i fra hos & ante. vt patet intelligenti & in experientia idica videtur. Detractione eius quo ad paroxisimos oicatur. Quō consuevit durare vsque ad .i8. horas. quandoque ad .xxiij. Q̄doqz protenditur ad triginta. quādoque ad quadraginta oco vt Gal. vigesimo de d̄ ijs febrim: & hoc voluit Auic. oñ dixit. ant. 30. vsque ad horam suam. idest aduentum secundi paroxisimi qui incipit in .xliij. hora. ista indigent etia speculatione. considera. Et ad eius noticiā max̄ facit regimen p̄teritum etas p̄ cōsuetudo cadendi in hac ars: & huiusmodi oc quibus sepe que omnia diligenter considera. Signa eius que est ex colera citrina sunt intensiora his que ex vitellina. v̄nde in ea adest dolor capitis acutus precipue in parte dextra & amaritudo oris & sitis & fastidium & morsus oris stomachi: & oolor lamborum. v̄rina citrina intensa tenuis siue mediocris magis tamen accedens ad tenuitatem & egestioncs & vomitus sunt citrine aquose et rigor actior & breuior quam in ea que est ex vitel. **P**ronostica. **E**t si in tertiana non lina. **P**ura acci^a ex parte pulsus sitis vigiliarum & huiusmodi erunt intensiora quam rationabiliter oeberent esse proculdubio eorum est significatio mala. Et quando non pura multum prolongatur perducit egrum ad moliciē idest ad paralysim flegmate cliq̄o. & ad nūos fluxos: vel ad moliciē: quia ad idropēz a scelitē vel iposarcam. vel ad cecesiā propter nocu^m epan contingens ex eius prolongatione. Item producit ad lplenis magnitudinem quoniam in tanta prolongatione fit humorum adnatio & conuersio ad melencoliam que deinde ad su

k z

um mouetur receptaculum. Item vt dictum est non conuenit omittere egrum liberum: sed se- per cum aliqua lesione alicuius actionis. Itē attende ad considerandū quantum signa appa- rencia distant a signis ycre tertiane. et fm hoc p- nosticabis de longa aut breuiori eius termina- tione: vt verbi gratia. Si rigor fuerit paru⁹ pū- ctio parua. sed frigus longuz. et paroxismus du- ranti. 28. horis vel circa et q⁹ null⁹ adfuit sudor vel panus. vrina non multum ignea: neq; egō- nes et q⁹ sunt multum viscofe. vomitus viscos⁹ tempus frigidū cū hūdo flegmatica regimī- preterituz flegmaticum. et huiusmodi pronosti- cabis febrem non puram aptam lōgo tempore durare. considera vero minori. Et hec inuadit inter hora colere et flegmatis. nam hora colere est hora tertiarum. et hora flegmatis ē hora. 22. vel circa solis occasus. **CSBNA** Demō- stratiua. Eius que ex adustione colere i se exi- fit sunt paru⁹ remissiora his que sunt tertiane pure verum paroxismus extenditur vltra. xij. horas licet nō multum et hoc secundū plurimū Item durat plusq; vij. period. et pulsus est in hac durus. et vrina magis tenuis et fuscedine⁹ declinat et sentitur calitas circa epar vt i para- Item i principio ē rigor satis fortis et ē aliqua do cum furore. vt infirmus irascatur imo qua- si efficitur vt inaiacus et est sitis satis intensa: et lingua obfusca. Itē regimē precedens hoc tibi declarat: q⁹ vsus ē regimine calō apto inflama- ri: vt vino potū piper et alio cepis pomis: et q⁹ patiens ē colericus adustus epatis calidi. et ita de alijs q⁹ tempus calidū regio calida et sicca. vomitus egōnes colice aduste. Item si floboro- miam facies tibi naturam humoris oclarabit. **PRONOSTICA.** Cum hec febris habeat maiorem appropinquationez ad puram ceteris non puris pronosticari poteris eam cicius ter- minaturam. et quo ad horas paroxismi et quo ad oies sine periodos. 2⁹ q⁹ nisi ocbite curetur in quartanam transiet. Caue itaque ne erraue- ris. quoniam aliquādo ex errore transit in con- tinuam: et moritur patiens ino errore de quo et alijs deo altissimo rationem reddes. considera itaque mi Raineri. **CSBNA** Demōstra- tiua. 1⁹ que est per admixtionē mlie. Quia est cum pauco rigore et pūnetura: sed cum ma- iori frigore. et est rigor prolixus cum quadam leui ocutinmī cōmōtione et ossium contractōne vt in quartana et non accidit cum rixa aut ira. sed cum quadam timiditate vel pusillanimitate et quoo accidit magis circa horam melencolie que est hora post meridiem. et pulsus est in hac magis durus. Itē vrina magis tenuis et min⁹

tincta ad fuscum declinans. et similis multum febribus erraticis. et ei⁹ paroxismus durat alijs paribus plus ceteris. vnde venit cōmuniter an- te q⁹ oinnittat ad horas .xxiij. Item vt supra regimen multum facit ad eius noticiam. vt q⁹ vsus fuit cibarijs melencolie multiplicatiuis. vt caulibus leguminibus carnibus bouinis sa- litis et huiusmodi. Egestionez vomitus. et hu- iusmodi naturā humoris oclarat. et tu cōsidera **PRONOSTICA.** Ut dictum est. tertiane cōmuniter facilliter curantur aut saltez sunt salubres si error in earū cura non accidat. Nō si sic accidit periculum mortis quandoq; vsq; precedentē dictū est. **ESICITUR** q⁹ breui- or ex non puris est que ex colera fit adusta i se 2⁹ que est talis per admixtionē melencolie ē lon- gior. 3⁹ que per admixtionē flegmatis aquosi et est colera citrina adhuc longior. 4⁹ que ē ex vi- tellina. et de hac dixit Auic. q⁹ durat circit me- dietate anni. et sic hēntur quatuor gradus oua- bilitatis seu prolixitatis eius. hic est locus spe- culationis. q⁹ melia videtur virtuti magis re- bellis q; flā. cōsidera. **CSBNA** Demōstra- tiua. Praxine aut eruginose. Inquit zoar ille q⁹ patitur tertianaz ex colera praxina aut erugi- nosa hēbit accidentia magna et fraudulenta. et vix poterit patiens euadere ab ea. et si euadit diu permanebit eger. et accidit infirmo hora pa- roxismozū molestia suis alienatio. et supponit se molestis questionibus. et ipediatur eius sōnus et finit eius paroxismi osuturni et termin⁹ egrit- tudinis. Pulsus varius difficilis et vari⁹ et pra- ue alteratiōis: et multociēs peruenit finis hui⁹ egritudinis ad magnū periculū: et pauci sunt q⁹ ab ea euadūt. et si euaserint est hoc post magnū studium et egritudinis prolongationē. et possi- bile est eum permanere. et praua accidentia lon- go tempore sustinebit. et multociēs fit vrina ad nigredinem declinans ad viriditatē. et possibi- le est sic esse ipostasim. et quando ipostatis sola fuerit nigra et i profundo mersa mortem in pa- roxismo significat et maxie si virtus sit deuicta. Si vero fuerit suspensa mortem longinquam ostēdit se q⁹ distantia ipsius a fundo vasif. dixit Hilbertus vrina in colore rubea vel subrubea et substātia per torū tenuis cū circulo viridi vel subnigro significat habundantiā colere praxie et eruginose. Ad hunc locū signa aducasa eccei- liatoris posita i principio cap li et tunc sufficiet tibi tantū sic dixisse de ipsis quantum ad oemō- stratiua et pronostica cū in alijs non inuenieris de ipsis oisfuse cōscriptū. **CLARA** Ones Accedens ad curam earum non purarum euz de ipsis obseruabo ordinē in earum cura quez

res in quibus dicitur
fiat in 7

obseruauit in signorum suorum positione. Inel
pliam itaq; p^a cura eius que ex colera fit vitel
lina. Ponendo septem canones. Primus ordina
tio dietæ. Secundus minoratio materiem com
muniuz et propriarum. Tertius digestio. Quar
tus euacuatio reiterata. Quintus membrorum
confortatio. Sextus patiens in actuali afflictio
ne gubernatio. Septimus accidentium corre
ctio. Et ante comm complementum scito q^o ter
tiana nota in cura eius conuenit in generali cu
tertiana pura quantum ad intentiones sex po
sitas supra de cura eius. Secundo q^o licet ita sit
tamen vt Gal. in therapetica. ad glauconem et
Alicen. prima quarti de cura eius in multis spa
tibus differat cura vnius ab alia vt apparebit.
Et pro complendo hos canones. Primum q^o
debes considerare super quod te stabilire debes
vt sagittator ad signum e propinquitas aut elo
gatio eius a pura. et id dicebat Alicen. Et opp^o vt
consideretur propinquitas non pure. ad puras
et elongatio eius ab ea. et h^o illud diuersificetur
interentiam eius et curam non pure. Q^o si erit
non logiqua pure. tunc diuersifica inter eas of
ficacitate parua. nam in no pura sunt gros
sities viscositas materie que indiget calefactio
ne subtiliarione incisioe quibus vti non debe
mus in pura. Et ideo dicebat Alicen. in princ^o.
capituli. de cura no pure. Reo in quibus diuer
sificatur cura tertiane non pure: sunt res quib^o
comunicant febres frigide de licentia secunda
et consuevit hic modus loquendi apud nonnul
los obscurus esse. propter q^o scito sequedo He
titem. vt in prin^o operis promissum est. Q^o li
centia idem q^o indicatio. vt i4^a. tertij de cura
apatinum calorum epatis. vnde in febre qualibz
duplex insurgit indicatio siue licentia prima q^o
est ad febrem vt febris est. Secunda que est ad
causam siue materiam febris ratione prime in
omni febre competunt fra et humida iuxta illu
senio nostri humide dietæ omnibus febricitat
ibus conferunt. Ratione secunde diuersificat
indicatio siue intentio secundi diuersitatem ma
terici. Febres itaq; de materia fra dietæ de licen
tia. 2^a comunicant i hoc et maxime flegmaticæ
q^o pro rectificatione sue cause siue materie indi
gent calefactiois subtiliarionis aut incisiois. et in
his diuersificatur cura eius a cura pure. vnde
credo q^o q^o absolute ead^e est intentio in coleri
cis vt sic et maxie puris ad febrem et causam fe
bris. Ideo tales dicitur habere indicationem
vnam tantu: sed qa frigide vt flegmaticæ et me
lancolicæ dicuntur habere duas: quarum vna
alteri contrariatur: vt que est ad febrem et causa
eius hinc nominantur de indicatione secunda

quia necessario habent illa siue de licentia 2^a.
et tu bene considera. Aliter exponi potest. res
quibus comunicant febres frigide de licentia
secunda. s. cu frigidis de licentia p^a. si bice. n.
de pura materia frigida dicitur de licentia pri
ma. que ante ex mixta de seba modo hec comu
nicant in his rebz que est calefactio subtiliaro
icisio. et huiusmodi. licet i gradu diuersificetur
per quas diuersificatur a pura qa in cura pure
no indigem^o calidis: nec mireris si in hoc pro
lixius sui. quia hic passus a multis lanatur taq^o
difficilius. Secdo venias ad complementum ca
nonum iam dictorum. et pro primo dicatur. ini
tium faciens a cura tertiane no pure ex colera
vitelina proueniente. q^o dicta in ea debet ordi
nari ad contrarium cause. et cum causa sit copo
sita. licet sit ad vnam forma deducta. vt supra. ta
men dicta debet habere respectum ad coleram
et flegma. ita tamen q^o sicut colera vincit in vi
gore. ita et frigiditas in cibus et aliis sex non na
turalibus vincat in vigore maxie si fiat ciboru
diuersorum aut aliarum rerum ad inuicem co
missio. declinet itaq; dicta ad frigidum eaz co
lera dominetur. vt supra. 2^o custentur stipulica
et grossa. 3^o. q^o ista frigida sint remissiora tam
ex parte aeris qz aliorum. qz in tertiana pura.
excellens. n. frigiditas opilationem induceret
Quarto q^o si ad humiduz declinare debeat sit
pauce humiditatis. nam et fra sicca hoc casu et
conueniunt et maxime cum hec incisua vt acc
tosa. Quinto q^o in principio debet esse grossior
quam in pura nisi edeset multa repletio q^o ca
sa oponet in principio et in processu subtiliare
i3 pl^o i processu. 6^o. q^o hec ingrossatio et subri
liatio fiat secudum propinquitatem et remotioem
maiorum aut minoru a pura. Item attendatur
accidentia paroxisimozii prolongatio. et ita alias
conditiones inducentes cibationem cibus aut
tardius grossius aut subtilius fieri. 7^o. attede
q^o quia in tertiana non pura paroxisimus ou
rat. quasi per diem. binc si virtus tolerabit et co
suetudo non esset in totum ad oppositu possit
infirmus transire accipiendo vna die. s. in qua
non est febris cibum et in die in qua est febris
absqz cibo vt virtus a digestionem per cibum no
ipediatur sed oportet vt prudentia medici ca
non hic gubernetur et consideret bene virtutio
tenorem. veruz consuetudo est in talibus subri
liare dietam magis qz in pura propter proxi
tatem paroxisimi. et tu bene considera. quia hic
est locus speculationis. Nam sicut quantitate
discreta debet esse minor in non pura. sed con
tinua debet esse maior. considera. Et hic aduer
te quia cum dicit Alicen. i principio non pure et

ut m^o 2^o 3^o si in
hoc parolixius / fin //

 videbia loco. Et dixit nõ valde: qz nõ frequen
 ter: vel qz nõ intenso sed remissos spasmos
 fm abundantia humoris flãticĩ in corpore q̄r
 tanarij existẽtis. Quartana spasmi curat eius
 exiccando mãm. Et tu pro his affozismis lege
 in 2.º caplo supra. vbi iuenies eos q de qrtans
 loquuntur. Quartana salua liberat ab egritudi
 nib⁹ melis melicis. sicut lepra melia z huius
 modi. Estine quartane ut plurimũ sunt breues
 autũales eo longe: z maxie q̄ hiemi cõiungũ
 tur. Estina alijs parib⁹ breuior: z quo ad tẽpo
 ra sua: z quo ad torã egritudinẽ. bẽt tamẽ fori
 ora accidẽtia ex parte iuqctudis. hitis. acuitate
 calitatis z huiusmõi. Quartana nisi accidat i
 ea error: nõ addit supra annũ. z eã qz inseqtur
 motũ solis: sicut acutẽ motũ lune. modo i yuo

anno terminatur motus solis. Quartana qñqz
 durat. xij. annis: z q̄ est in fra eos. z hoc quãdo
 in ea cõmittit error. z fm quantitate erroris ac
 cidit prolõgatio eius. Raro vel mĩqz absqz no
 cumẽto splenis occidit.

¶ De cura quartanarum.
 Quartane cura est difficultis. z si qdaz
 emperici cum sua delusoria experi
 metis eam facile pronũciant. Cuius
 difficultatis eã est sepeitudo humo
 ris ad digõnem z plus ceteris. nam frigidus e
 z siccus cõpactus. z ut ita dicam durus. z cum
 calore nãli in nulla qualitate cõueniens. vnde
 medici maxime z pncipali student hũectatiõĩ
 in eia cura. ¶ Secũdo opcrat ad eius diffi
 cultatẽ cõpactio corporis i quo ut plurimũ fit.
 sunt eim melicĩ strictoz porozũ a quib⁹ parua
 fit resolutio. ¶ Tertio ad illud adiuuat tẽpũ
 in quo ut plurimũ accidit. ut antinũs tempus
 dissep̄rari valde. ad qd succedit hiems apta
 prolõgatiõĩ eius. ¶ Quarto qz tarde mouet
 mã cõtra nãm: z eõuerso. Et accedẽdo ad cu
 ram ei⁹ dico q cura eius diuersificat ut supra
 de flãtica ex parte duozũ. Primo qdem ex pre
 diuersitatis materiez. ut qz pmo cõsideret an
 sit melis flãtica. an sanguinea z huiusmõi. Qm̄
 eũ hec febris mãlis sit: z a febre ipsa parua su
 matnr idicatio. debet principalia intẽtio eẽ ad
 eã. Juxta illud 3.º tegni. opz vni⁹ cuiusqz cau
 las priua abscondere. Secõdo recipit diuersitatẽ
 ex parte tẽporum. qm̄ alia de bẽtur i principio
 alia i angumẽto. z sic de alijs ut in fra. Et fabri
 cent autẽ. hanc sedãz diuersitatẽ. dars ipsaz in
 telligere ex hitis de flãtica. ¶ **LEPRONES.**

Ordinatio dietẽ. lenitio. minoratio. digestio
 gradata. euacuatio gradata. mebroruz nutriti
 uozũ splenia. s. epatis z stomaci cõfortatio. pro
 uocatio. residui resolo. accidẽtia correctio. Et
 qm̄ egritudo e longa: eim nõ minus succurritur
 dietã qz potione. iõu dietẽ ei⁹ esto diligẽs exe
 cutor. Et p primo dicendũ eũ Med. caplo de
 soda aucte Gal. q cursõiuz egritudinũ melẽ
 colicarũ nõ est spolianda s re gimie ipugnatio
 z hũectatio. preter hoc qz ea dẽre faciat in opi
 latioẽ. z hoc iõ m lenificetur z habilitet cor
 pua. z ut hũor melicũs digõem recipiat. z ser
 uetur i medio pncipio z sine. nã in hac plus cõ
 sideram⁹ siccitatẽ hũoris qz frigiditatẽ. z iõ au
 ctiores plus sunt intẽti hũiditati. Q.º q in hac
 nõ im̄ frĩtas cibi z potus timetur sicut i illa q̄
 e ex adustioẽ flãtis nõ falsi z melic aduste. dico
 non falsi. quia in adustione falsi dicendũ ut de
 edustioẽ colẽtz remissius. Tertio dietãz ali
 ter ordinare opz ur̄is tẽporib⁹. ut supra 3.º cap.º

et tu ad hoc attende. quod etiam cura temperativa
securius est dictam subtiliare in principio diu ou
bitat an sit longa vel brevis. quam si est brevis: et
tu dietes grosse in principio tu prologabis eam
Si longa et in ingrosses etiam longiore facies
Et hunc modum cure dicunt voluisse Avicenna. cum
inquit. Rectius est ut inclinet regimen earum in
primis septimanis usque ad tres septimanas ad
subtiliationem quamdam. Accedere vero statim est
subtilianda: attento semper tenore virtutis. Et hic
attendere dicitur ysaac et est constantini quod cures ne
ex tua inducta abstinentia corpus ad ethnicum per
ducas. **¶** Quarto in dicta proceda a principio
usque ad xv. dies vel circa cum subtiliatione eius
Et hoc consentiunt virtute: abstinendo a carnibus
et ab eis que multum dant nutrimentum: ut mate
ria subtiliter digeratur et paucifietur et egritudo
ipsa ubertietur. Et hic adverte quod oportet ut in prin
cipio bene consideres egrum dispositionem et regimen
preteritum. quam si fuerit plenus sine repletus: or
dina dietam subtiliorem. si vero non: quod etiam ante
adventum febris fuit abstinens et febricinus. tunc
non procedas cum ita subtili dieta. Et ideo Avicenna.
in uno loco pro subtili oicia dabant aves minu
tas sive parvas. et ingrossando oabat pullos: ut
puris colericis macris et facile resolvablebus.
Et in alio loco eiusdem capitulo. quod de cura quartane
subtiliano dietam iubebat egrum a carnibus
abstinere. ut sunt sanguinei carnosus et humidus
Debes ideo procedere cum ingrossatione. alij
autem ut almas. videtur quod quod itur versus statum
dicta debeat subtiliari. et tu considera. nam supra
habuisti huius rei dissolutionem. Ita quod in summa
Avicenna. ysaac incipit cum subtiliatio: et gradando
ad grossiciem tendunt. alij e contra. **¶** Quinto
quod cibaria quartanorum non debet esse crudus: imo
cruditate resoluens. non grossus imo subtilis
non restrictivus imo virtus lenitivus. **¶** Sex
to sanguis laudabilis generativus. cuiusmodi
sunt cibaria calida et humida. ut caro bona. ova
sorbilia: et calida cum equitate calitatis. sicut com
mixtio ficum cum endivia. Avicenna. Et sunt inua
tiva valde. Et aliquando concedit Avicenna. calida
ultra equalitatem in flatu. et hoc in principio. et
debet dari in parva quantitate. Item conferunt fri
gida et humida facili digestionis et boni chymi. et
sunt convenientia febris ut febris est. et siccitati hu
moroso prariant. verum eorum frigus contempe
ret ut exigit necessitas. et applicetur sepe nisi ri
meat indigestio: et ex eis opifatio. unde Avicenna.
Cibi non prohibeatur nisi propter vehementiam
frigoris. et id prohibetur lactuca in ea que ex adu
stione flatu aut melie fit. nisi commisceat eruca
que tollit eius nosumentum: aut aliq. tale. Item

cutetur omne opifatum quodcumque granis di
gestionis viscosum tarde transiens inflatum et
humidum. ut caro porcina vaccina bovina pi
scis faba. et lentacula. caesus sicca. vinum nigri
grossum et humidum. que habent humorem melen
colicum generare. de quibus 3.º capitulo. Item alie
net omne frum et sicum ut Avicenna. **¶** Septimo
quod si virtus coesectudo et cetera patitur absti
neat a cibo in die paroxysmi. Unde Avicenna. Preci
piatur ei illa die ieiunium. rectius enim est ut adue
niat paroxysmus ventre vacuo ut non occupetur
natura cum materia alia: sed vacet febris et cau
se eius donec expellat. et est de regimine bono
eius Avicenna. Et non sumat cibum donec consumitur
paroxysmus. Tu tamen sis memor eorum que
dicta sunt de eibatione febricitantium: quod aliquando
in principio et in paroxysmo oportet cibare corpora
colerica resolvable. et quod patiens ieiunct ea die
Est mens Rasis. 18.º continentis. Serapionis et
aliorum auctorum et modernorum. et est inter vulga
res nostros tanquam preceptum observatum. quod si ci
bare oportet illud fiat per horas sex ante paroxys
mum. et sit cibus subtilis cito digestibilis actua
lium. et in die interpositionis virtus resiciat.
¶ Et ex cibis comedatis sunt carnes arctice
iuvenes et a proprietate. Item pardices et carnes
temperate supra 3.º capitulo. Item columba iuvenes
maxime elixati. turtures. ova mollia. Et ex fru
ctibus que sunt calidi humidi ut passule amigda
le et huiusmodi. 3.º capitulo. Laudatur pepo. lau
datur persica: et maxime quando comeduntur
cum rectificatis ea. ut cum vino bono fuerint
prius infusa. et maxime quando corpora sunt mu
da in quibus non timetur putrefactio. Item ipsa
preparata cum melle et aniso. Et de regimine bono
est continuatio ocliarum quietis. et abhorre
exercitium motus corporis et aiales. unde be
febres omnes humectatione indigent. **¶** Si ali
quando comeduntur exiccata calida. ut porum
raphanus et sinapi: hoc erit post digestionem
materie et in parva quantitate. non ut exiccant
sed ut stomachum confortent. materie incidat
et abstergant. et solutionem ventris stimulando
virtutem inducant: et hoc maxime quando im
metur caliditatis augmentum. Propter quod
in colerica et que est ex adustione sanguinis non
videntur sic competere ut in ea que est ex flatu
¶ De potu die paroxysmi ab aqua abstinat
Avicenna. in quartana convenit vinum albus tenue
in vigore medium et limphetur secundum ex
gentiam potentie eius etatem consuetudinem
tempus anni et huiusmodi. Sed scito quod novum
clarum magis humectat: vetus non exhibeat
nisi post signa digestionis et limphetur. ut die

tum est si nō fuerit opifatio in epate aut splene

Et quia ex habitis facile cōprehendere potes quo mō relique res nō naturales se habere debeant. hinc ab eorum particulariori effusione su perfedeo. et ideo maxime qm̄ in particularibus dicendis v̄lia cōprehendit. **¶** Pro secūdo q̄ est v̄tris lenicio. dicatur ut Auiē. Et fiat lenicio nature in principio cū eis q̄ sunt sicut illud q̄ sit ex violis aqua casei et polipodio aut sis. acetoso. cū pitibimo aut cassia. cū aqua sumi terre et lupulo aut aq̄ casei. Est enim bonuz v̄ biculū in medicinis que dantur in ea. imo q̄ndoq; ipsa sola sufficit et maxime i nota. et etiā fiat cū his que humectāt et mām ipsam aliquid respiciāt. de quibus plene supra in radicib⁹ v̄niversalib⁹ et 4.º cap. **¶** Pro 3.º dicat. q̄ oēs cōueniūt in humectatiōe. ex parte aut̄ q̄litatez primariū disconueniūt. ut infra suis patebit locis. Et de digestiuis ipsarū fm̄ diuersitate earū habitū est 4.º cap. et in ibi. Tu tamen hic si tēde dicim⁹ ysaac. inquit Lū quartana fiat oē nīā grossa: opz ad ono prouidre. primū ne oetur in principio res multū calefaciens. ne inde multū calefiat mā: et due deinde febres generetur. vna acuta cōtinua. et alia interpolata. Nam sic esset p̄lenosum. qm̄ virtus non pōt simul sustinere morbi plixitatez et eius acumē. Scdm̄ ne dētur refrigerātia: ne cōgeletur et indiret materia. et inobediēs fiat digōni et egritudo p̄ longē. ideoq; aqua cruda nō cōperit et similia

Et oicū tuit gradata digestio. quoniā opz ut a oebliori ad fortius procedas. qm̄ matēria est difficilis digōnis: vt supra de flāicis. Propter q̄d opz ut cum digestiuis eius procedas pluribus diebus. nā si queris eius euōnem: ipsa nō bñ prius digesta reddet inde prauior. ut Gal. Et debet eē oigestiū subtiliatū a peritiū in q̄litatez primis moderatū vt matēria cōueniet. ut infra suis rubricis. vnde Auiē. laudat mel rox. cū litupo acetoso et aqua ordēi. et hoc i principio. Et valet hic potus oatus bis vel ter in die paroxisimi loco potus. nā sitim extinguet et mām digeret. Cōsimiliter valebit in die interpolatiōis exhibimus. s; in die paroxisimi detur quoz horis vel trib⁹ post cibū admīn⁹. Illud est eē oigestiū. tu tamē ordina ut videbit ex pedire ex hīs 4.º cap. Et in hieme fiat cū melle et pauca aqua ordēi. In estate v̄o cū zucaro et multa aqua ordēi. et in cōplexiōe et etiam eē similitur cōsidera. Itē cū transis ad fortius oigestiū: oia tale q̄d sit a peritiū subtiliatū et incisū. temperatū in actiuis. declinās tamē ad caliduz vt oeebit et b̄iectatū. ut 5.º dollz. Item et spleni a propiatū: q; ē huius ma-

terie receptaculū. et ipse q̄dem spleni medicinas fortiter a peritiū sustinet absq; nocumēto: vt sunt scopolēdria. tamariscus. coriēc capatorū et huiusmōdi. Et oigestiū ligada sunt cōueniētiōra. q; opilatōes sunt fortis: et ligada per eas melius penetrāt ac facilius. **¶** Pro 4.º dicendū q̄ in principio cōperit minoratio. vnde Auiē. verum oibus suis sunt indicia quibus cōtanc. et illud ē q; ipse omēs minuant in principio: et hoc tam ex parte floie si cōuenit q; facilius. et hic canō ex sequenti aperi⁹ erit. **¶** Pro q̄to dicendū cū mebe allegato loco. primo q; multam et subitam nō faciamus euōem. s; per internalla b̄ntem tēperiem: ut natura euōem regulet: et nō euacuatio nām. Fiat itaq; ut oē flāica dictuz est. p̄nlatina fiat euacuatio. Secūdo q; medicīne solitiue sint cōmensurate nō recedētes a gradu medicinarū benedictarū sicut icolumū. Tertio q; nō spoliēt a re humectante. nam operationē beatificat. Quarto q; a splene cūenit. quoniā melie est receptaculuz: propter q̄d cū ipsis cōmiscant que plenez ipsi respiciant. Et quia euacuatio cōpletur pronūc floia vomitu et medicīa. hic oē his seriatuz dicendū. Et de floia primo. nam ut i precedēti canone iste euōnes debent cōminoratiue. et iō bene cōsidera pro cōplemēto eius et presentis. Quid ē minoratio et eradiciō i radicibus est declaratū. Floia itaq; in hac cōuenire videt i trib⁹ casibus. Primus vbi quartana sit ex sanguine admixto. Scdm̄ qm̄ est melencolia sanguinis admixta. Tertius qm̄ corpus eēt plectonici: et rōne ipsius p̄petet ipsa floia. Sed hic aduerte q; si fiat et non cōueniūt vehementer ledit. vnde Auiē. Et quādo nō est necessaria floia: nūc floia botomia ē nociua inquantū debilitat. et iquantū educit cōtrariū. melie. vnde magis crudat melencolia. et inquantū monet b̄iores ad exteriora. q; ipsa floia trahit b̄iores circa locū floie et ad extra. Et iō quādo mā non ē apta per floia botomia moueri. cū ipsa iaceat circa venas splenis et epatis. ipsa cōmouetur et agitur: et vt sus enim et carnē remouetur. vnde sic ipsa distat magis a locis euōni aptis. s. a venis meseraicis: et locis intestinoz. et sic i peditur eius debita euō. Et iuxta hoc nota q; floia trahit ad intra sanguinē in cute existentē. vitupatur floia in variolis et venēis. trahit sūt et secūdo a p̄fundo corporis ad locū floie. propter que cessant argumēta hic de p̄dictis moueri solita. Secūdo aduerte vt Rasis. xvij.º cōmēntis auctoritate Gal. Q; cū floiam facies in quartana oebes sanguinē cōsiderare: q; si fuerit niger et spissus securius euacuare poteris: inspe-

eta etate et tute etc. **Q**uod si tenuis sine subtilis fuerit et rubens: mox reprime et venas costringe quonia talis est sanguis bonus per eius euacuationem debilitatur vms. Et dixit Galienus ad glauconem. quod quando patiens est iuuenis et corpus repletum. flobotoma vna vice post aliam. Est possibile ut hec sola cura sufficiat. et vena flobotomanda est basilica sinistra. Et de his oibus particularibus in de cura eius que sanguinea scribitur. Loquitur quandoque in declinatione floia. primo quod est in sanguine inflacio. aut ex vsu medicinarum calidarum. aut et borum etiam ipsorum copiositate. et sic de alijs. Nonnulli pro secreto tenem flobiam basilice sinistre factam in hora coniunctiois lune punctuali. et dicit se multos curasse. Et ego aliquando feci et bene successit. vix maxime in sanguinea. et huius eam considera. Quidam ut ferrarij consilij: ut fiat in hora etate lune de salnatella sinistra. **D**e euone aut minoratua dicatur. quod cum melicolia non sit humor repletioalis multus et flegma et leptissimum motui et euoni. quod in principio principij non competat minoratio vt in flatuca sed bene in principio. quod circa medietatem eius quando scilicet aliqua incipit apparere digestio. Et ideo dicebat Avicenna. Illud eim apud digonem est vt ly apud dicat vltra principium principij. **S**ed si querat qua die dandum est minoratum. dicendum cum Avicenna. quod per dies ante accessionem: quod tunc est vna magis confortata supra debilitate quaz recepit ex precedenti paroxismo. Secundo quia melicolia incipit tunc coadunari et alique motus habere pro sequenti paroxismo in locis in quibus est: et non ad alia loca. et hec maxime conferunt ad euonem. Multa tamen sunt casus contingentes quibus oporteret aliud tempus eligere. sed regularius sic operandum. Quidam dederunt in principio paroxismi medicinas fortes educetes melicolia. et similiter in principio principij. et eis successit. quos minime sequi debes. vnde Avicenna. Sed est rectum ab errore. i. medicus sic operas regitur euz errore: vel rex it se erronee. sicut duci exercitus aliquando erranti bene succedit. non tamen laudandus. nam liberacio huius quartanarij fuit casualis et idinidialis. quam in alio deterioris contigisset. Et ut supra aduerte quod medicie non sunt fortes absolute. sed fortes debiles ut supra de flatuca. In ista quoque procede gradati in euone. vt de flatuca dictum est. **D**e vomitu. vomitus est euacuatio propria in febre melica et propus in flatuca ut infra. quam stomachus est lactina et receptaculum flatus. et ad ipsum peruenit melica precepto diuino. vt Avicenna. de humoribus. et Avicenna. est de rebus inuariatibus in ea. et non in principio tamen imo in omni hora. et in paroxismo cuiuscumque hu-

moris factus ut dicitur. nam sic alienat paroxisum aut eradicat eum Avicenna. Sed dices 4. afforif mox. docet ypo. melicos per iferlus euacuari. Implus fortior est euacuatio per vomitum quod per farmacia: que in principio paroxisimorum oino prohibet etc. Dicendum quod vomitus in principio paroxisimi factus vt dicitur aleviat sine minorat aut eradicat paroxisum. ut supra de radicibus. Et causa est quonia materie que sunt in stomacho quantorum multiplicat propter nocuentum digestiois stomachi ex causa febris et roitate eius ad stomachum per ipsum euacuant. que erunt ut causa fouens febre et accidenia eius. Secundo quonia multa materie melice bent fundamentum in quarta circa loca splenis: cum ipse sit melice receptaculum proprium. et illa loca stomacho coicant propter multas venas magnas. In die ergo paroxisimi humor melice incipit moueri in locis illis. et suo motu propelli ad extra venas. vnde per vomitum materie melice sic diuertunt et trahuntur ad coacuitatem stomachi et intestinorum. quare per ipsum vomitum minorat et aliquando eradicatur paroxisimus. Facit prope eandem causam vomitus ad remotionem rigoris: diuerso sic humore et prohibito effundi super membra sensibilia. et tu considera. Sed queres nonne scene aut aliquid tale in principio paroxisimi exhibitum idem operaret. Dicendum primo quod farmacia non potest quo ad suum effectum regulari vt vomitus: vt eius operatio cito vel in toto tempore fiat ante aduentum paroxisimi. Item quod non fiat per eum in toto remotione sicut de vomitu. nam per farmacia comouetur non solum humores que sunt in stomacho vel stomacho proprio. sed et hij que sunt post epar. vnde in toto fit magna motio qua accidit infirmis debilitas non parua. cum si succedet paroxisimus amplius debilitans male. hec autem ex vomitu saltem leui non consequuntur. dico leni: quonia fortis ex eisdem causis in principio non conuenit. Et ideo sit vomitus cum decoctione raphani aut seminum eius ad manus. sed incipe a facilioribus ut a sy. acetoso vel oximelle cum aqua. ut supra de legumati ca et in de radicibus. et tu ibi. Fortis autem vt cum eleboro factus aut lapide lazuli fiat in die quietis. et tu ad ipsum faciendum bene considera. Hora autem factiois eius est hora vna vel media vel circa ante paroxisum: vel prope inchoationem ipsi vt videbit tibi. Item ad faciendum vomitum facilior da prius sicut siclam alleu porrum sinapi pisces salitos et huiusmodi. que bent abstergere incidere et subtiliare. et hoc in pauca quantitate et cum alijs remittentibus illam propter febre. deinde euz aqua tepida et sic. acetoso fac vomitum. vel cum decoctione raphani vel semine eius si vis

fortius. Et plures temptauerunt liberare hac via quartanarum. Quod si patiens magna cum difficultate aut periculo vomitum faceret. quod stricti pectoris esset et huiusmodi. tunc ab eo abstinere. Item sis memor ut supra: quod proprius valet in quartana legitima. Quidam vomitum faciunt cum vino. ut fecit Forlinensis noster. Quidam cum aqua et vino. unde oportet in his moderare: habito respectu ad febrem ut febris est. Quidam laudant vomitum in augmento febris factum. et dicunt ipsius plus valere ad materie minoracionem quam in principio morbi est: et iam accepit aliquam digestionem considera. nam et ipsum sic approbo.

Pro sexto. confortetur membra nutritiua saporum cum vinctibus. emplastris. cerotibus. coactis. onibus. trociscis. electuariis. portionibus et huiusmodi. ut ipsa exigit dispositio. que omnia quenda sunt a te propriis capitulis in 3^o occurrere diuersimode secundum causarum diuersitatem. Et pronuntiantur dicatur. quod una fit sollicitudo circa cor in ipsum confortando cum rebus generatibus in eo minera gaudij. Secundo quod appetus sit epatici quonia ipsum est causa principalis adustionis et conuersionis humorum in meliam. Tertio quod cognoscas ut supra quod splen est receptaculum eius quod aduritur. Et auctores consueverunt ordinare trociscos. has comprehendentes intentiones ex aperitiuis calidis et frigidis mixtis eorum membrorum epatici. scilicet et splenis confortatiuis. ut sunt succus eupatorii scolopendria spodium laca endinia. semen portulace. semina frigida maiora. anisum feniculus et huiusmodi. Et dixit Auienna. Oportet ut seruent splen et epas: et regant saliter ut non induriantur. Nam in hac febre multum studere debes bume etatis. et sermo eius conplebitur cum prohibentibus opilacionem. Et consimiliter de stomacho inquit oportet in eis obseruet stomachus cum empiris bonis confortatiuis: que sunt inter virtutes caliditatis. id est iniectionem caliditatem et subtilitatem. id est remissam. quam dispositio eius quandoque indiget calidioribus. quandoque remissioribus. quandoque medijs. et tu considerata.

Pro 7^o et est prouocatio. dicendum ut in radicibus. quod in principio quod materia non est digesta fortiora non competunt prouocatio. et sic dicebat Auienna. non oportet ut fiat prouocatio. scilicet urine primis: quod in principio cum fortitudine: quod diuretico fortiori. Nam hec dimitti debent. ut in canonibus generalibus usque ad digonem manifestas et plures euones. Dicitur etiam quod leuia concedi possunt post paucos dies a principio: ut excludant materie coes in vijs vrinabilibus et locis sibi affinis inueni. Tu itaque in x^o vel xij^o die poteris eis uti leuibus. et cum trinas seceris euones cum digestiuis suis tam manifeste aperte dige-

stione: dare poteris prouocatio fortia etiam in eis gradum ponendo. ut de digestiuis et solutis dictum est. De prouocatio sudoris dicatur ut visus est velle Auienna. quod in principio vli sine particulari medicus non debet presumere recte operando dare prouocatum sudoris. Est enim fortius quod prouocatum urine: ut in radicibus. Quod si contingat aliquando ex eius tali exhibitioe infirmum liberari. hoc enim rectum est ab errore ut supra expositum est de euone. Et ego vidi tales quod certe aliquando euacuauerunt. dico multos suis diebus cum prouocatio sudoris exhibitioe in principio quartane vli. quod forte cuenit aut paucitate materie: aut individuali proprietate. Nam est simile ut ex eo sic prouocato egritudo prologetur. quam si in materia promotio et fluxus bene ad locum male: ubi commixte adaugent morbum sicut de balneo dicitur. et sic egro: deterius contingit. Item sit resolutio subtilis et ingrossa materia: et sic grossa remanens difficiliter digeritur. et tu quere alias causas supra in radicibus de prouocatio sudoris. Quidam dant post tres euacuaciones. vinum decoctionis mente matrali cum permixtioe. 3. i. vel. ij. tyriace et. 3. iij. aqua vite. et hoc per mediam horam ante accessionem. et est vinum calidum. et bene copertum eos. et sic faciunt ter vel quater: vi videtur eis expedire. et sic eos liberant. Quidam idem operantur cum aqua vitis et pulvere gariofilorum. Quidam dant vinum purum aromaticum cum puluere geniane calidum. et est secretum focij mei: quod dicitur se plures curasse. Nonnulli pro secreto tenent quod dictum est de floia supra Alii faciunt ignem accendi clarum: et exponunt patientem ei. et bene eum prius calefaciunt ante et retro. et hoc per horam ante paroxysmum. deinde iungunt dorsum totum a nuca usque ad finem spondilium cum olco rutaceo. cinamomo. gariofilis. et paucis croco. Deinde supponunt pannum calidum Postea dant ad bibendum. 3. xvj. vini maluatici calidi cum cinamomo et geciana pulverizatis. et sic dimittunt eum stare copertum pannis circa ignem. et procedunt ut ceteri. Dixit Bentilis noster Nos autem ad quartanam nullum experimentum secretum habuimus. sed curauimus cum canonibus predictis. cum quo usque nunc permansi et ego. Sic ergo sudoris prouocatio non oemur nisi post manifesta signa digonis aparitia: et multis ide precedentibus euonibus. Gordonius noster multum laudat succum calamenti ante accessionem exhibitum. enrat enim omnem quartanam. Pro octavo dicendum. quod in resoluedo residuum materici competit balneum. quod non debet fieri nisi in declinatione manifesta vniuersali ipsius febris. quo tempore precesserunt multe ac plu

rimie euacuationes. Talcum tamē apud nos
 nō est multum in vsu. sed de ipso infra de quar-
 tana colerica. Item competit ad hoc medica-
 mentum calidum resolutiuū exiccantiū. vt tyriaca
 metridati diatricon pipercon diacalamentū
 z huiusmodi. Sed tu debes esse attentus q̄
 colerica z sanguinea: tyriaca z huiusmodi sunt
 suspecta. vt infra de eis. vnde ante digestiones
 nocent. quia aliquādo materiā multiplicāt caz
 z maligniorē faciunt. z sic possunt duplare q̄-
 ranam: z alias egritudines melicas facere. Et
 forassis septimus complebit octauū. ¶ Pro
 nono qui est correctio accidentiū dicatur i pre-
 scntiū: q̄ accidētia que corrigere op̄z cōter
 in quartana sunt nocentiā splenis principalit̄
 q̄ et cōsuevit acciderē op̄latio induratio apo-
 stematio z huiusmodi. vnde deinde fit quartane
 prolongatio. Et cōsequenter fit epatis discrasia
 z stomaci. quoniā nocentiā suam cōmu-
 nicat epati z stomacho. Nam splen sic ex multa
 materia frige factū fritatem cōmunicat stoma-
 cho: z digestiuam eius sic debilitat: z epar consi-
 millter. Item quia propter op̄lationē in epate
 remanet plus q̄z deberet de melia que ipsum
 discrasiat. z ideo attritū de ei z remotioni male
 sue dispositiōis. apertendo. cōfortando. prouo-
 cando. resolueno. vt exigit dispositio. Et cura
 eorum ut supra suis requiratur capitulis. Con-
 suevit z rigor sine frigus ipsum multuz egrum
 molestarē. propter qd̄ attende eius remissioni
 occurrēdo per boraz vel circa ante paroxisimū
 eū panis calidis extremis aplicatis. Item
 cum aplicatiōe laterum calefactoriū: aut alte-
 rius instrumēti tenentis caliditatē. Item etiā
 cum fricationibus: ut supra de flātica z tu ibi.
 Item copertendo egrum cū panis multis. Item
 inducēdo vomitū. nam Zuiē. est inuatiōis ad
 illud. z dicta ē causa. Quidā operantes sic faci-
 unt fieri fricationes prius: deinde copertunt
 egrum panis multis: z extremis aplicari late-
 res sine tegulas calidas z panos. Quidā inun-
 gunt dorsum prius cū oleo rutacco z huiusmo-
 di. Tu itaq; operare agregādo ex his ut vide-
 bitur. z pro his supra de acutis de rigore. De
 canone qui ē alteratio nihil aliud q̄z de ipso di-
 etum ē in de flātica: z tu ibi. ¶ Simplicia ac-
 cōposita digestiua z solutiua habuisti supra 4.
 cap. lo. Et de ipso particularius fm̄ particulares
 materias. verū hic tantūmō de his q̄ a proprie-
 tate z de expertis mētionē faciam. Scm̄c ype-
 ricon cū vino datuz quartanā soluit: z ē exper-
 tum. z tu scis ex positis supra qd̄ talia debent
 dari ante accessiōē per boraz cum meda vel
 circa. Idem operat neptita cū puluere data cū

aqua calida. Idem millefoliū cū vino. laudat
 Zuiē. assam. Et ex expertis. ¶ Assa fetide foli-
 orū ruthe piperis longi an. 3. ij. cōfice cū melle
 detur ante accessiōē. Item baccarū lauri 3. i.
 zinziber. 3. 5. fiat puluis de quo ante accessiōē
 detur 3. i. cum vino subtili. deinde copertatur
 infirmus z panis calidis z tegulis calidis ap-
 positis sic dimittat. Quidā mibi dixit se pluri-
 es fuisse expertū. 3. i. genciane cū vino subtili.
 Quidam cōficiunt vnguentū hoc. ¶ Tyriace
 3. ij. spice nardi 3. i. gariosi 3. i. 5. olei antiq̄ vi-
 ni optimi an. 3. ij. bullant sup̄ prunas: de quo
 vnguento inngarur dorsum z spina tota ad ig-
 nem magnū. deinde cum panis calidis copert
 atur. z postea dabis vinū subtile decoctiōis gē-
 ciane calidū cū modico zuchari: vel cōfectiōis
 adriani descriptione Nicol. Idem operatur
 vnguentū arogon Nicol. sed bene cōsidera te-
 norē virtutis. qm̄ in talibus oportet egrum for-
 tem esse. Quatuor grana vel folia trifolij ante
 accessiōē cum vino bibita quartanā tollunt.
 Autē. Idem operatur. 3. i. pulueris cranei hu-
 maui. Et quidā me docuit pro magno secreto.
 Idem cōfirmatur si cum hoc teneat magna
 pars cranci sub assella sinistra iuxta cor. Cor le-
 poris recentis mortuū collo suspensum vel bra-
 chio sinistro quartanam tollit.

¶ De cura quartane note siue non vere. In-
 cum faciens a cura quartane sanguitee.

Lantequā ad curam eius acce-
 dam aliquos hic anoto eano-
 nes: sp̄ebus ip̄is omnibus cō-
 uenientes. Canon in quar-
 tanis nō veris talibus per adu-
 siones est bumectatio. in quo
 quidē omnes note tales cōuentū. Scdus
 q̄ vbi fuerit quartana non vera non ex adu-
 sione sed alterius humoris p̄mixtiōe debet hu-
 mectatio hec cōsiderari. quoniā in quibusdā
 minor cōuenit: z in quibusdā maior. Exemplū
 primi: vt que ex sanguine aut flegmate. Exce-
 plum secundū: vt que ex colera et melencolia.

Tertius q̄ fm̄ plurimū est bumectanduz in
 non vera. quoniā ut plurimū ex adu-
 sione colere fit quartana ipsa. Quartus q̄ medicie
 liquide in ea que ex adu-
 sione est conuenientio-
 res sunt solidis: vt supra. Quintus q̄ an̄ eua-
 cuationē fiendam debemus expectare apariti-
 ones oligonis. quoniā materia ipsa difficulter
 digeritur z euacuatur. z ideo nō nisi per septi-
 manas danda sunt solutiua. Cōsimilr z euacu-
 atua debēt esse facilia: vt in precedēti rubrica.

Sextus q̄ sicut tardat enacuatio et expectat
 super digonem. ita expectare opz super puoca
 tionē. Cum itaqz ad curandā sanguineāz acce
 des: debes diligēter considerare an sit talis per
 admixtionē sanguinis cū mel'ia: aut ex ipsius
 sanguinis adustioē. ut causam ipsius diligēter
 cognoscas. quia cognita te ad canones referas
 vt in precedētī rubrica. ex parte diete. Ienifica
 tiōis. digōnia. cūōnis. cōfortationis. pronoca
 tiōis. resolutionis. et suozū accidētū correcti
 onis. ¶ Et pro p̄mo scito q̄ dicta debet ordi
 nari ad p̄trariū causē. et iō in sanguinea ex adu
 stioē frigidiora siue remissius calida cōueniūt
 q̄z in ea q̄ ex admixtioē sanguinis sit. vnde pri
 mo aere corrigē. vt dicē statim de ea que est
 ex adustioē colere. vt r̄ adhuc frigidior cōpe
 tit i ea que est ex adustioē. et iō lege q̄ in sequētī
 rubrica scripta sunt. et te modera ut opus erit.
 ¶ Pro secūdo. leniat venter ut in sequētī di
 cetur moderado proportionabil'r. ut de dicta
 actum ē. ¶ Pro tertio vero dicendū. q̄ in ea
 nō sit ea expectatio in digōne vt in ceteris. Et
 ideo potes trāsire imēdiate ad eūdem per flo
 botomiā. Et iō si repletionēz cōprendis in toto
 et in epate magis fac floiam primo ex basilica
 dextra proportionalē repletiōi vtur etati. ¶
 si repletio fuerit magis in splenc: enacua ex ba
 silica sinistra cū proportioē ut dictum ē. deinde
 redcas ad lenitionē. p̄stica fac enōnem cū mī
 dificatibz sanguine: cum lupulo. capill'. yc.
 boragine. sumo terre. epithimo. agarico. mira
 bol' citrinis. cassia. secne. chebul'. et buiusmōi.
 vt supra 4^o tractatū. Et hic nota q̄ fm' Aue
 nō videntur educere meliam. sed fm' Auic. sic
 cōsidera. Post aut enōnem potes ordinare di
 gestiuū ex endiuia buglosa floribus boraginif
 fumo terre violis lupulo et buiusmōi. acetosan
 do ipsum ut videbis. Et scito q̄ zucarū et mel
 in casu nō remouēt nocumētū aceti. et de his
 4^o cap' lo. vbi habes et digestiua et solutiua tuo
 proposito pueniētia. Tu itaqz procede de debi
 li ad forte et pluries usqz ad eradicationē. Con
 fortatio fiat cū electuarijs cōfectionibz troc.
 vt in precedētī rubrica. etiam i alijs epithiman
 do cor: in administrado pronocaria et reliqua:
 vt in precedētī rubrica: et in sequētī latina dice
 tur. Postremo scito ut Auic. Et hoc quidem
 genus velociter. s. respectu aliaqz quartanarū
 recipit curationē. Quid aut dicendū sit de ac
 cidētibus aīme et reliqs nō ualibus. p̄z ex dicē
 dia in sequētī rubrica. quare ad cam te transfe
 ras. ¶ Ex digestiuis vsualibus. ¶ sy. acetosi
 simplicis 3. i. firu. violati 3. s. aque endiue ca
 pilloz yc. lupulozū an. 3. i. Q̄ si vis magistra

le sic factas. ¶ B. endiue lupulozū an. 3. i. flo
 rum boragis buglosse violariū bedeguar ana
 3. s. decoquant in lib. iij. aque ad cōsumptio
 nē tertie partis: et cum lib. j. zuccari et 3. i. s. ace
 ti fiat sirupus lōgna: de quo accipiat 3. iij. pro
 vice. Ex solutiuis da lentora q̄ in aliqua alia
 specie: vt vbi gratia. ¶ B. castie vel māne 3. i. s.
 renbarbari triti 2. i. sirupi violati 3. i. spice gros
 sij. extrahat cassia cum decoctioē capilloz yc.
 violariū passulariū lupulozū cuscute tamarido
 rū iuiubarū. et dōsa ut videbis expedire. ¶ Vel
 ¶ B. diaprunis nō scamoneati 3. i. electuarij de
 lucco rosato 3. ij. da cū decoctione predictorū.
 Ex pillis cōueniunt cōes et alie ut supra 4^o
 cap' lo. valet et decoctio sumi terre. ¶ Debe. ¶ Vel
 sic. Recipe renbarbari 3. iij. mirabolanozū ci
 trinozū indorim an. 3. i. epithimi sumi terre fo
 liculozū scene an. 3. s. puluerizent. deinde ¶ B.
 spice 3. ij. et cum eis infundat renbarbarū in
 vino aromatico frixent cum oleo amigdalaz
 dulciū: et ipsis exiccatis fiant pil'le cum electu
 strio succi rosati: dosis 3. i. Ex cōfectionibus
 cōuenit cōfectio. Recipe margaritarū albarū
 3. s. fragmentozū iacincti smeraldi saphiri an
 gra. ij. terre sigillare gra. iij. serici erudi suffici
 enter triti 3. s. sandalozū rubcorū 3. s. fiat con
 fectio cū 3. vij. zuchari albissimi: cum aqua bu
 glosse endiue et ros. an. ¶ Itē ex predictis mar
 garitis cum sp̄ebz diarodon abatts fieri pōt
 cōfectio: et tu describe et maxime in sine augmē
 tū et status. Cōuenit manuxpi platum tria
 sandali maxime qm̄ est notabilis inflamatio.
 Electuariū. Recipe zuchari buglosati boza
 ginati violati an. 3. i. manuxpi perlati 3. i. s. tri
 asandalozū 3. s. incorporētur et deana. Ex pul
 ueribus predictorū fac trociscos q̄ tamen non
 sunt in usu: sed d' ipsis pillas fac vt de pillis su
 pra. Cordialia fac epithiata et simi' r̄ epatica. et
 hoc ubi flāma sit nobilis. vinctioēs etiā mēbris
 lehis vt supra. nā ad opilationē splenis sequit̄
 debilitaa stoaci et epatis: et prolongatio febris.
 De exptia et a p̄prietate talibus dictū est i pri
 ma rubrica de melēcolicis.
 ¶ De cūra quartane colerice.
 Anones. In hac p̄petit i frigidatio
 et hūectatio maior qz i reliqz alia q̄r
 tana. qm̄ mā est calior. Ordinatio
 diete p̄mo ex pte aeris sit tēperatus
 ad frūm parūper declinās ne i calore in perflu
 es in iestione faciat i colera. similiē neqz in p̄flu
 frūs: ne poros claudat et i tr̄nsecus faciat ebu
 lire. et ne adustione grossi p̄bibeat. debet et ad
 hūidū declinare: ut caloris icendū remittat: et
 exiccationē vltiorē p̄bibeat. que aerē in bie

me facile ē inuenire. alijs autē tēporib⁹ opz ipm
rectificat. & modū rectificatōis eius q̄re supra
de pestiferis. **C** De motu & q̄re. nō confert
motus ei ad icitationē seu caloris excitatiōē
faciat. tñ in die quietis per camerā leuis fieri
pōt. Et loco eius etiā in die paroxismi. qz in de
clinatiōe fiant leues extremitatū fricationes.
vnde Auic. deliciarū cōtinuatio & q̄tis est de
regniē ei⁹ bono. **C** De sono & vigilia. plus
cōpetit somnus: & debet eē copiosus. cōsidera
tñ etatem cōsuetudinē & huiusmōi. Inaniciō
& repletio. cōpetit moderata superfluitatū etiā
cūctio. & cūctē oris superflua inaniciō. cōsimi
liter & repletio superflua ex parte cibi & potus
Eures coitus nisi patiens cēt multū p̄betus
& retinēt sperma. aut propter timorē aut dei
reuerentiā. **C** Accidētia aīmi. confert tempe
ratū gaudiū. aspectus delectabilis. & breuiter
que sanguinē clarificat & floridat. Euitentur q̄
sanguinē adurunt calefaciūt & excitāt: in ira ri
xa & huiusmōi. De timore dicit Rasis. xvi.
cōtinentis. q̄ sortis timor sine terrefactio: & sit
bitō feūs q̄rtanario improuiso: frequēter eum
a febre liberat. vt iprouiso eum agredi cū ense
euagiatō. aut super ipsū proiecere serpētes de
tibus prius euulsis. aut ipsum de loco alto pro
icere in aquam ipso iprouiso. vt factū fuit mar
chioni cūcti. & ita de alijs. nam exūctat sub
ta renocatiōe caloris ira euz fortificari vt pos
si mām febris sic ex timore agitata & cōmota
p̄sumere: aut ad extra pellere. Qd maxime ve
ritatē cōtinebit quādo sperat mām esse paucā
subile vt in colerica. aut quādo hoc fieret pau
cificata materia per multas euōnes. & in consi
dera. hic modus raro & a paucis obseruat. et
est opus prudētia & experti medici. Et quia d̄
balneo hic supra promissum ē. ideo de eo sic di
catur. q̄ balneū administrat rōne duoz: aut
scilz humectatiōis tñ. & tunc debet patiens in
eo poni ante diem accessiōis: i quo nullo mō
sudarē debet. datur autē ut resistat exiccationi
humoris: & nō ut ipsum cōmouet. Et quidam
hac via p̄cesserūt in curatione quartanē ad
ministrado bis i die: ut materia sic mollificatā
in die paroxismi citius expellat. Est enim apd
eos digestiuū optimū. & dicunt infra mensē
quartanā curare. Secūdo administrat gratia
resolūtiōis ut supra. & nō nisi vt Serapio. ab
lutio autē nō administratur: nisi sit sufficientia
super paucū scilz materie de cuius paucitate
spes q̄ ipsam resolver. qd suple continget p̄
cedētibus multis euōnibus. vnde Almanzor.
Si ultra. 30. dies egritudo prolongata fuerit:
eger balneum ingrediatur: & sudet in eo: non

tamē in die accessiōis. Et auic. Si fuerit dige
stio. s. cōpleta & egritudo iam i declinatione: &
p̄cesserint plures euōnes mioratiue. ingredia
tur balneū in die. s. ante accessiōē. Qd si hūce
tatiū d̄petit maxie in casu isto. & etiā suo tēpo
re resolutiuū cōsidera. **C** De cibo & potu. de
bet moderari & decliare ad frūm & humidū. vt
de aere dictū est. Et simi l̄r carnes alterent euz
endiua boragine & huiusmōi. ut videbit expe
dire. Nam tēperata & ad humidū declinantia
sunt cōuentētia. cōueniūt pisces elixi. & ita dica
tur de alijs ex pte diete sumptis. & tu ad cap^m
3^m recurre. Pro 2^o leniat venter ut supra in
canōibus generalib⁹. cū violis. aqua casei. poli
podio. epithio & huiusmōi. & teneatur vcter le
nis. Pro 3^o ventur digestiua ap̄ropata subli
liatua & incisua. i gradu non eleuata ut supra
4^o cap^{lo}. Pro 4^o ventur solutiua ap̄ropata
i forma liqda vt supra: aut pillari si aliter acci
pere nō poterit. de qbus 4^o cap^{lo}. Et scias qz
aqua casei est bonū vebiculū. Auic. & iō dabis
solutiua ut cassiam & huiusmōi cū aqua casei.
Tu itaqz procede de debili ad forte gradado i
digitis & solutis. Et nota qz solutio eius inte
gra. i. eradicatia aparet post. 20. dies: qm̄ dige
stio aparet in ea Auic. vnde Bordon^o. in cōtē
pore ē status egritudis. Itē sis memor de eis
q̄ supra de vomitu dca sunt. nā in hac etiā mul
tū cōuenit facilitate colere ad exitū p̄ superius
Qd si p̄pries des ex vrina & alijs sanguinē esse
melie tali cōmixtū. tunc flobotoma ex basilica
dexira aut saluarella. bito respectu ad etiā cō
plexiōē cōsuetudinē rē. que ut supra sepe in
oibus cōsiderare debes. Pro qnto. cōfente
tur mētra nutritia. ut vbi gra. primo splen. & oleozū
de caparib⁹ violati accit an. 3. 5. seminiū
portulacē cōtriti. 5. scolopēdrē 3. ij. & cū cera
alba fac vnguentū. Cōsimi l̄r floācis maxie si
in eo aparuerit flāma. ex oleo ros. corallis cori
andro & labrusca. Itē exhibēdo ad intra succū
granatorū & huiusmōi. Cōsimi l̄r cordi aplica
epithia dādo per os etiā cordialia sim iminē
tē necessitatē scdm tēpus. corporis habitudinē
virtutis tenorē & huiusmōi ut sepe. scdm quas
cōditiones omēs: nisi prius medicus in forma
rus fuerit: i possibile ē bene describere. & ideo
in ad sua loca recurras describēdo ut decebit.
Tēpore autē actualis poximi fiat ut dictū est i
p̄cedenti rubrica. ex parte cibi. prohibitionē
somi. ut in canōibus generalib⁹. applicatiōe ca
lidorū propter frigus rigorem. Et adueniente
augmēto cōueniūt fricationes: ut nā subtilicē
& citius ad statum & declinatiōē veniat. neqz
regulariter tunc cōpetit potus infratēus. qm̄

ingrossat materias. Quod si sit molestabitur con-
 hnat os sum in aqua ordei aqua zucariata. et con-
 veniunt magis calida. Item in statu granata
 moza et huiusmodi. Item in zucari violis bu-
 glossati boraginati manxpi perlati comiscendo
 hec aut scorb dādo cum aqua cocta. Item con-
 fectio cordialis ex lapidibus cordialibus cum
 margaritis fra et huiusmodi. Quod si videris
 renum caliditatem aut infirmum nimia sicca-
 te extenuari tunc in unge dorsum. et cōsimiliter
 si vglitias pateretur aut aliquod aliud accidēs
 recurrere ad propria cap^a. et succurrē ut exigit
 dispō. ¶ Pro 6^o. et aliis sufficiant: que dicta
 sunt in precedenti rubrica et in ista. Nam pro
 uocantia in hac debent eē remissi caloris respe-
 ctu aliarum ut patet. ¶ Digestiva simplicia
 ac composita quere allegato loco. et ex consue-
 tis. Recipe sy. violati 3. i. acetoxi simplicis 3. 5
 aque endive buglosse an. 3. is. sy. magistralis
 in augmento et in aliis temporibus valens Re-
 ctpe endivale. M. i. florum buglosse capillis ve-
 spine albe sumitere lupulorum an. M. 5. passu-
 lorum 3. 5. fiat decoctio in lib. iij. aque ad con-
 sumptionem 3^o. partis et infuse addas 3. 5. epi-
 thimi et cum lib. i. zucari. et 3. quatuor mel. fiat
 sy. lōgus. et adde aceti 3. iij. et cum aquis subli-
 matis predictorum ordina digestivum etiam
 cum abhorretur sir. Ex solutivis Recipe cassie
 3. i. conficionis hamec 3. ij. extrahatur cassia cū
 decoctione passularum florum buglosse viola-
 rum tamarindorum puuorū. et hōmodi et hoc
 adde ut supra q^o melior est medicina liquida q^o
 solida q^o si solidam dare oportebit q^o eā uolet
 infirmus et non aliam ordina ex pil. supra 4^o
 c^o: Ex conficionibus ualēt triasandali maxie
 quando flegma magna eē epate. Itē i aug^o 6^o
 sus statū diarodon abbatis. Itē cōfice ex elec-
 tuario de gēmis aut ex speciebus diamar gari-
 toni aut diamosci dulcis et triasandali aut dia-
 rodon. et h^o cōtēperādo ut tibi videbitur. Ele-
 ctuariū Recipe zucari rox. buglossati boragia-
 ti an. 3. i. violati 3. is. margaritarum. 3. ii. ma-
 naxpi perlati 3. is. gēmarū elcti de gēmis 3. i. et
 cū inlep violato confice et de auro. potes et cuz
 gēmis hīs et corall et cortice citri et hōmōi cuz
 aque buglosse acetoxe et huius confionē soli-
 dam facere. Attendatur splent in unguendo et
 canones suos de exparitis zapiofetae slibus
 iam oictū ē in prima rubrica precedenti frācise^o
 de pede montium. Sir. expertus i quartana
 colica quo plures evacuatiū. Recipe chalēdu-
 le lauendo le pīnpinelle lupulorū qnz solij tri
 solli lingue aietis capil. ve. endive radica bora-
 gis sūiter e radica buglosse yrtusqz floz earū

epatice citoree bedeguar qrenl caparozū cori-
 euz radicia corū cortici tamarisci scolopēdris
 an. M. i. nicolarum florum boraginis an. 3. ij.
 prunorum senesle an. numero xxv. scene euscū
 te tibi epitibi anisi fentcoli an. 3. 5. ligricis
 passularum flicados an. 3. 5. ordei mundati pi-
 stati corticū citri an. 3. ij. sqmātū 3. ii. radica
 quinque cum residentia in aceto an. 3. ii. buliāt
 in lib. vi. aque ad cōsumptionem medietatis
 deinde colēnr et cōlature addatur succi buglos-
 se pomorum dulcis an. lib. i. zucari. lib. ii. mel.
 rox. et aceti an. lib. 5. aromatizentur cum sādā-
 lis 3. i. gario silis ligno atore an. 3. 5. bob 3. ii. e-
 detur maxime apnte digestione in mā.

De cura quartane flegmatice

Antones. Ut supra sernentur
 eo ordine qui scriptus est. Sz
 hic aduene quod sicut flegma
 biditnr in plures species. ut in
 precedenti capitulo. ¶ Ita et
 quartana flegmatica diuersifi-
 catur in eius cura secundum diuersitatem fleg-
 matis melencolle commixti. ¶ Hic itaqz pri-
 mum attende ad prohibendū flegmatis mul-
 titudinem. ¶ Secundo ad prohibendum ne
 eā antecedens ut flegma trāseat in coniuncta.
 ¶ Tertio ne abiciatur coniuncta et ātcedēs
 vnde imaginē duplicem causam ātceden-
 tem. ¶ Prima est flā in melencolla et trāsturtū
 ¶ Secunda melencolia non dūz mota ad mī-
 neram putredinis in quā flā trāsmutatū est
 Ex quibus hēs quod primum completur per
 caleficientia et exiccātia. 2^o per prohibentia
 adustionem que de se frā sunt et hūmidā. Ter-
 tia per subtiliātia et hūmectācia. et quia tā cū
 ātcedens quā coniuncta melencolica pēdēt
 ab aite flātica. Ideo primo attendendū eēt
 et maxime in principio egritudinis ipsius flāti
 cum sit in quantitate maius et melencolia pau-
 ca. cūque iste intensiones quodāmodo conuē-
 entur opoz mediū regimē administrare mor-
 bis etenim compositis cure conueniunt cōpō-
 te et regimē. Et ab aere inchoans dico quod
 aer debet eē subtilis clarus lucidus in actiuis
 temperatus. ne frigiditate flegma abangeat et
 stricturam pororum faciat resolutionem im-
 pedit. Et caliditate in adustionem faciat notū
 ventosus. Quod si cum naturaliter talein non
 hēbis fac illum in oartificio. ¶ De motu et
 quiete competit motus in die quietis et exer-
 citium constante virtute. Et non sit contra in-
 tentiones. sicut pissare sulare. et huiusmodi

De somno et vigilia quasi equeantur in p^o
sed cum bene constat q^d sit flegmatica sit ygi
lia prolixior. Reple^o euitetur inanatur venit
vt dicuntur est. Et q^d cōtus est de anexis euitetur
oio attentis virtute ctate zc. De accidenti
bus ai dicatur vt in precedēti rubrica. Euitetur
que apta sunt in hiam multiplicare. **D**e
cibo et potu. Euitetur oia que fla aut multiplicat
aut apta sunt multiplicare vt pastilicia carnes
porcine aquatice et si fia de quibus omnibus.
3^o cap^o. et tu bene considera conditiones quas
debet habere cibus quartanorū in p^oncipio h^o
capituli pōtas nūmū eligatur album subtile
vt supra in principio capituli. et si hac potissime
euitetur aqua fra cruda qm̄ humorem ingros
sat opilat. et ipsum in crudat et si rōc prohibēōis
adustionis conuenire uidentur mais enim ē
nocuimentum limphetur vt decebit minus tū
quam i colerica cōpetit. et aqua ordei cū zuca
ro aut aqua cocta cum zucaro. et tu attende cō
suetudini crati zc. **D**e p^o se dō leniatur venit
euacuando mās cōmunes intestiorum. et in lo
cis stomacho propinquis adiacentes. Item mi
nozerur mā quoniam ut supra in flammatica est
semper maior quantitas humoris quā in aliis
Et tō in hac addas canonem p^odictis qui est
minoratio. Item in hac minorabis cum vomitu
in stomacho et vasis flo^o adiacentibus vt s^o de
vomitu declaratum fuit. Et tu hūisti exempla
in radicibus de lenitinis et potes addere s^ovis
polipodium. et huius materiam m^oica respici
entium. **D**e p^o 3^o administrabis pigestiuā p
pria ante quorū administrationē remēorabo a
liqua et satis in p^oncipio capituli facta. Sed q^d i
hac materia mēoria digna sunt ea remēorare
non uertus sum. nā est auricribatio. **D**e p^o
mū ne nimium calcēcentia administremus q
bus subtile educatur et melancholia angeatur.
vel genita ingrossetur z^m. q^d nimium infra euitetur
mūs ne nie constipentur materia ingrossetur.
et a resolutione prohibeatur 3^o. euitentur nimi
um sicca propter eam p^oncipiū et secundū. vnde g
ētum euitandū est in usu cibi. sed in uia medi
cine ad subtiliandum et pariendū scidendū da
ri poterit cum melle aut zucaro q^d maliciam
cōrigit. vnde m^ol. s^or. acetorum simplicē cō
mēndat in colera nigra q^d facit medicinas pe
netrare ad locum ad quem sine acetō hō penē
transsent facit et seperationem et maius est sic
iuuamentum eius suo nocuimento. 4^o euitetur
nimia regis subtilitas ne cronicitātē morbi fac
cumbat uirtus. 5^o q^d indigendo in principio e
uitentur fortia prouocantia vt oximel compō

tum ne ab ea agitata mā ad uias angustas per
ducatur et opilationē causet propter ei^o grossi
ciem. Itē ne educatur subtile et remaneat gros
sum. 6^o. euitentur euacuātia grossa propria a
principio propter ineptitudinem materici ad
exitum. q^d si fuerit in principio mā multa melā
colica vel flegmatica antecedens ad m^oica po
teris se cure uti minoratio: vt i cura flegmatice
dicebatur. Item et minorando poteris intro
dicere vomitum q^d i hac est maxie cōueniens
vt supra de vomitu in generali i hoc eodem ca
pitulo. Digestiuā itaq^d apropiatā et tuo propo
sito comoda hēs supra 4^o. c^o. et tu ibi. Et hīc no
ta q^d digestiuā vt sit constātiora propter resiste
tiam materici nō debent iulepizari. Tu itaq^d p
cede de debili ad forte gradando. vt sepe supra
et tu es digestiuā hēs 4^o. c^o. **D**e euacuatiuis
at apropiatis habes allegato loco. et tu cōsi
milititer procede de debili ad forte vsq^d ad era
dicationem q^d i ista cū sit multū longa respectu
alio m^o et difficilis curationis non erit tem
ptanda nisi post multos menses. et hoc p^o q^d r
to et quito. **D**e p^o 6^o. cōfortentur mēbra. sto
